

Exeg.
A.

In Bibl. univ. 380

JOHAN. SIGISMUNDI MOERLII

Norib. ad D. Aegid. V. D. M.

SCHOLIA
PHILOLOGICA

ET



CRITICA



AD

SELECTA SACRI CODICIS
LOCA.

ΕΚΑΣΤΟΣ ΚΑΘΩΣ ΕΛΑΒΕ ΧΑΡΙΣΜΑ.

NORIBERGAE,

Sumtibus JOHANNIS STEIN,
Bibliopolae.

Typis Mich. Arnoldi.

Anno clō lo cc xxxvii.

Handwritten note: J. M. V. B. 380

VIRO
SUMME REVERENDO
AMPLISSIMO ATQVE
EXCELLENTISSIMO
DOMINO
GVST. PHIL. MOERLIO
VEN. MINIST. NORIB. ANTISTITI
PASTORI AD D. SEBALDI
PROF. PVBL. IN GYMNASIO
AEGIDIANO AC REIP. NORIB.
BIBLIOTHECARIO
PATRI SVO EXOPTATISSIMO
ET OB INNVMERA BENEFICIA
PER XXVII. ANNOS
SIBI COLLATA
SEMPITERNA PIETATE COLENDO

HOC
QVALECVNQVE DOCTRINAE SPECIMEN
AFFECTV FILIVM DECENTE
DEDICAT
AC SIMVL
DE TRIGESIMO INTER PATRIAE
ECCLESIAE PASTORES
NEC NON
AETATIS SEXAGESIMO TERTIO
ANNO CLIMACTERICO
FELICITER
QVOD SVMMI NVMINIS EST GRATIA
EXPLETO
GRATVLATVR
FILIVS VNICVS OBSEQVENTISSIMVS
AVTOR.



PRAEFATIO.

Libellum hunc exiguum , vix prae-
famen quoddam requirentem, et-
iam *αὐτῶν προοιμια*, Lectoribus pri-
mum tradere constitueram ; postea vero
alii, nec contemnendi, ut praeloquium
quoddam praemitteretur, autores fuere.
Duo itaque monebo.

Primum Crisin, qua in his Scholiis
usus sum, concernit. Lector animad-
vertet, me hinc inde, de mutandis, non
solum punctis, sed & literis, in Codice
Ebraeo, cogitasse. Haec non omnibus
se probatura fore, facile praevideo : ne-
que vero ego is sum, qui hoc poscere in

) (3

animo

Praefatio.

animo constituerim, modo quibusdam placeant, vel quosdam ad certiora & clariora danda excitent. „Non cupimus sententiam nostram a pluribus admitti, si vera non est, qui eam deserere parati sumus, si quis nos in errore versari ostenderit. Errorem aliquem in scriptis suis notari, nemini mirum videri potest, nisi qui se hominem, hoc est, errori obnoxium esse, oblitus fuerit, ut verba cujusdam Philologi habent. Ceterum nemo haecenus invictis rationibus probatum dedit, codicem Masorethicum nullam lectionem diversam admittere posse. Num Masorethae aequae Scriptores divini דֵּעוֹתֵיכֶם fuere? Nonne LXX. saepius aliam, nec absurdam, lectionem secuti sunt? Taceo $\tau\omicron$ Keri, ad unicum tantum locum Scripturae mihi, ni fallor, faventem, adhuc provocans. Legitur ille 1. Chron. XXIV. 23. ובני יריהו אמריה השני וגו. Conferat hunc locum Lector cum 1. Chron. XXIII. 19. & videbit, non omni ratione forte destitui, qui dixerit in priori loco duas voces librariorum incuria esse omissas. Commentatores plurimi, ne dicam omnes, Clerico vix excepto, heic silent. Est

Praefatio.

Est tamen Vir Eruditissimus, qui pro sua in me benignitate sequentem versionem & nodi hujus solutionem mecum communicavit. Vult vir doctissimus vocem **בב** in sequentibus post Atnachum repeti, & adjectiva numeri in casu secundo verti: primi, secundi, &c. scil. filii. Interim Lutherus illum in versione recte, ut videtur, ex loco citato parallelo correxit, qui etiam in glossa marginali ad 2. Sam. XXIII. 8. sententiam suam de codicis Marforethici constitutione, meae non admodum absimilem, aperit. Novi quidem dicere quosdam solere: omnia hoc modo reddi incerta; verum, quis unquam Suetonii, Livii, Caesaris, Flori scriptis ideo certum verborum sensum, certam interpretationem, denegavit, quia manus Criticorum unum alterumve locum difficiliorem vel ex ingenio correxit? Denique, absit impietas critica, absit etiam superstitio critica!

Alterum momentum hujus praeloquii paucissimis expediendum: Brevia sunt haec scholia & concisa, nollem iusto

sto

Praefatio.

sto breviora. Liceat rursus ejusdem Philo-
logi, cum quo supra locutus sum, i
verbis uti: „Semper ab eorum intempesti-
„va loquacitate, qui rem, quam pauculis
„paginis clare & solide expedire possunt, in-
„utilibus verborum pigmentis diffundunt, ut
„in justum volumen excrescat, summopere
„abhorruui. Credidi satius esse, si aliquid sup-
„plendum attento lectori relinquerem, quam si
„nimia diligentia ac dicacitate eidem taedium
„parerem. Vale, Lector benigne,
& fave!



a & w.



α & ω.

GENES.

IV. 11. 12. Comparare liceat cum iudicio divino adversus Cainum iudicium illud Thesei adversus Hippolytum, apud Eurip. Hipp. Cor. v. 1047. seqq.

Ταχὺς γὰρ αἰθὴς ῥαῖος ἀνδρὶ δυσυχεὶ
ἀλλ' ἐκ πατρῶας φυγὰς ἀλίττειων χθόνα
ξενὴν ἐπ' αἴαν λυπρὸν ἀντλησεὶς βίον
μιάθ' ὅτι γὰρ ἐστὶν ἕτος ἀνδρὶ δυσσεβεί.

Festinata enim mors est gratissima homini infelici, sed e patria terra exul errans in terra peregrina vitam miseram ages, haec enim est merces homini impio. Sic etiam apud Ovid.

Metam. XI. Peleum

fraterno sanguine fontem
expulsumque domo patria Trachinia
tellus

accipit.

IV. 20. Notatur hoc loco Hypallage loco:

לֹא כָּל נַחֲשֵׁת וּפְרוֹל חָרָשׁ

A

IV. ult.

IV. ult.) אִז הוּחַל לְקָרָא בְשֵׁם יי ult. Volunt
 sensum horum verborum esse : tunc
 coeptum fuisse denominare Sethitas a
 nomine Jehovae filios Dei. Sed hoc
 concessio legendum esset : אִז הוּחַל
 לְקָרָא אֹתָם בְּשֵׁם אֱלֹהִים בְּנֵי אֱלֹהִים, tunc
 coeptum fuit denominare eos a nomine Dei fi-
 lios Dei. Omnino itaque praeferenda vi-
 detur Lutheri aliorumque sententia qui
 de solemiori Dei cultu & rerum divi-
 narum publica annunciatione haec ver-
 ba dicta esse putant. vid. omnino de hoc
 Phraeos sensu Exod. XXXIII. 19. &
 XXXIV. 5.

VI. 3. Non judicabit spiritus meus &c.)
 Philo de mundi opif. p. m. 22. de Elen-
 cho conscientiae ita : Ενιδρυμενὸς τῆ ψυ-
 χῆ καθάπερ ΔΙΚ ΣΤΗΣ ΕΠΙΠΛΗΤΤΩΝ & ΔΥΣΩ-
 ΠΕΙΤΑΙ ΤΑ ΜΕΝ ΣΦΟΔΡΟΤΕΡΑΙΣ ΑΠΕΙΛΑΙΣ κ τ. λ.
*Insitus in anima tanquam judex objurgare
 non veretur, aliis vehementioribus minis,
 alios admonendo modestius: eos quidem qui
 sponte sua contumaces sunt, minis territans,
 eos vero qui peccant inviti per imprudentiam,
 civiliter admonens.*

VIII. 24. Jure Chamus in Chanaane filio
 poenas dat, cum ipse erga patrem im-
 pius fuerit.

XVI.

XVI. 12. פֶּרָא אֲדָם) *fructuosus hominibus*, i. e. multorum liberorum pater.

XVI. 14. בְּאֵר לַיהוָה רָאִי) *puteus vitae visionis*, i. e. Puteus apud quem Deum sine vitae & visus discrimine videre mihi licuit.

XVII. 5. Ad hanc nominis Abram cum Abraham permutationem conferri possunt quae Aelianus Var. Hist. Lib. II. cap. 32. de mutato ab Apolline Herculis nomine ita refert.

Λεγασι τινες λογοι πυθικοι του Ηρακλην απο γενεας Ηρακλειδην κεκλησθαι χρονω δε υστερον ελθοντα εις Δελφους προσακουσαι παρα του θεου ταυτα

Ηρακλην δε σε φοιβος επωνυμιον εξονομαζει

Ηρα γαρ ανθρωποισι φερων κλειος αφθιτον εξεις.

XVIII. 1. כַּחֵם הַיּוֹם) Martial. lib. III. epigr. 67.

Jam pronò Phaëtonte sudat Aethon
EXARSIT que DIES & HORA lassos
interjungit equos MERIDIANA.

XX. 16. וְאָתָּה כֹּל וְנִכְחַת) *omne & diremptum*, i. e. atque ita tota lis fit dirempta. Und hiemit sey die ganze Sache ausgemacht.

XXVIII. 13. נִצַּב עָלָיו) *stans (erat) coram ipso*

ipso (Jacobo.) Eandem phrasin legis
Genes. XVIII. 2.

XXXVIII. 24. **דג**) Emphasin hujus vo-
cis intelligere licet e verbis Junonis
apud Ovid. Metam. lib. II.

Scilicet hoc ETIAM restabat adulte-
ra, dixit

ut foecunda fores fieretque injuria
partu

nota

XXXIX. 3. *Et vidit Dominus ejus, Jeho-
vam esse cum ipso* (Josepho) &c.) In
eandem sententiam senex ille apud
Theocritum Idyll. XXV. v. 52, 53.

Αθανατων, ω ζεινε, φραση τινος ενθαδ' ικανεις
ως τοι παν ο θελεις αψα χρεσ εκτετελεσα

*Alicujus ex Diis immortalibus consilio huc
venisti, hospes, nam tibi omne negotium,
quod vis, statim confectum est.*

XLI. 40. **קשי**) *currer* i. e. prompto animo
obsequetur a **קקש**.

XLI. 43. **מרכבת המשנה**) *curru duplicitatis,*
i. e. curriculo bijugi binis rotis instru-
cto. vid. Schefferum de re vehiculari
veterum.

XLIII.

XLIII. 11. מזמר) sic αοιδιμος a Graecis
usurpatur.

XLV. 22. חלפות שמלת) Alcinous apud
Homer. Odyss. θ. v. 249. gloriatur se
possidere εματα εξαμοιβα i. e. secundum
Schol. αλλοτε αλλο αμοιβομενα και αλασσομε-
να. Contra vero Eumaeus Vlyssi ita :
Odyss. ξ. v. 513. seq.

Ου γαρ πολλαι χλαιναι , επιμοιβοι τε χιτωνες
εγθαδε εννυθαι , μια δ'οιη φωτι εκασω.

*Non enim multae laenae mutatoriaeque tu-
nicae hic ad induendum una autem sola vi-
ro singulo.*

XLIX. 10. Vaticinium hoc non continet
absolutum decretum Divinum sed tan-
tum promissionem cum conditione
obedientiae erga Deum conf. Levit.
XXVI. Genes. XVIII. 19. Jer. XVIII.
7. Clericus ad 1. Sam. II. 30. Omnes
ejusmodi Dei promissiones nituntur semper
conditione sive diserte expressa , sive prae-
termissa ; quae nisi praestetur ab hominibus,
promissio per se nulla est. Ea autem condi-
tio est pietas & virtus , quas Deus num-
quam non exigit ab hominibus. Excipien-
dae dumtaxat promissiones quaedam absolu-
tae , neque ex actionibus hominum suspen-

A 3

sae:

ſae ; quales ſunt promiſſiones de primo & ſecundo adventu Meſſiae & ſi quae aliae ſunt.

Κατὰ τὸ ρητὸν haec conditio huic promiſſioni de perpetuo rege e tribu Iudae oriundo, quae h. l. ſubintelligi debet, addita eſt, 2. Paral. VII. 17 ſeqq. & locc. parall. Cum autem poſtea Davidis ſucceſſores a Deo receſſerint non mirum videri pot eſt, hanc promiſſionem effectu deſtitutam fuiſſe.

Α δ' υπερχετο ο θεος τοις τηρουσι τον νομον, ει μη γεγενηται, & τω ψευδεσθαι τον θεον & γεγενηται, αλλα τω επι συνθηκαις γεγονεναι τας επανγγελιας τας περι του τηρειν τον νομον και τον κατα νομον βιον *Quae autem Deus pollicitus eſt legem ſervantibus, ſi non praestitit, non ipſo fallente id factum eſt, ſed eorum culpa, qui non ſteterunt conditionibus & legitima vivendi formula. Quae verba ſunt Orig adverſ. Celfum. lib. VIII. p. m. 424.*

XLIX. 23. (בעלי חצים) Intelligo Syros qui ſaepius ingenti multitudine Joſephi poſteros adgreſſi ſunt.

XI IX. 24. Verto haec verba : a nomine illius qui gratum acceptumque habuit lapidem Iſraëlis. משם pronuncio: miſchem

רעה

רעה ex Chaldaico usu reddo. Per lapidem Israëlis intelligo illum quem Jacobus erexit & Bethel adpellavit vid. Genes. XXVIII. 17. & XXXI. 13. Quoad loquendi modum confer. Deut. XXXIII. 16. ubi simili locutionis genere Moses de Deo dicit: רצון שכני סנת, quo modo h. l. שם רעה אבן יזראל.

L. 20. *Vos cogitastis super me malum &c.*)
 Plin Paneg. V. 9. *Habet has vices conditio mortalium, ut adversa ex secundis, ex adversis secunda, nascantur. Occultat utrorumque semina Deus, & plerumque bonorum malorumque causas, sub diversa specie latent.*

EXOD.

III. 22. Gellius refert ex Aristone N. A. lib. XI. 18. apud veteres Aegyptios *furta omnia fuisse licita & impunita.*

XV. 27. Accipe verba C. Fureri in itiner. pag. 40. *Non procul ab urbe Thora vidimus fontes illos XII. & LXX. palmas, quo loco Israëlitae castra metati sunt, palmarum numerus hodie auctus admodum est.*

XVII. 1. De defectu aquae in hac Arabiae regione testatur Arrian. Hist. Indic. cap. 43.

XVII. 4. (עור מעט ויסקלוני) Illustrant haec verba loca sequentia. Elegiae de Nuce, inter scripta Ovidii, tale est initium:

Nux ego juncta viae, cum sim sine crimine vitae

a populo faxis praetereunte petor:
Obruere ista solent manifestos poena nocentes

publica cum lentam non capit ira moram.

Virgil. Aeneid. I.

Ac veluti magno in populo cum saepe coorta est

Seditio, saevitque animis ignobile vulgus

Jam faces & faxes volant furor arma ministrat.

XXVI. 3. (חברות אשה אל אחותה) Martial. XIV. 148.

Nudo stragula ne toro paterent
IVNCTAE nos tibi venimus SO-
RORES.

XXVIII. 38. *Et sit in fronte Aharonis* (ut scilicet perpetuo recordetur se esse consecratum Jehovae & a Jehova constitutum

IVX

4 A

tutum ad sacra summa cum diligentia curanda) *ita ut poenam iniquitatis sanctorum (oblationum) quae Israelitae Jehovae consecrant, quoad omnia sacra dona ipsorum, det (si quid nempe Aharonis culpa in oblationibus Israelitorum minus recte factum sit) & sit perpetuo in fronte ejus ut (illo admonitus jugiter studeat) gratiam acquirere illis (donis aut etiam Israëlitis) coram Jehova.*

XXXII. 25. Verbum פָּרַע absolute positum, est: *negligentem esse vel facere, quod Concord. Hebr. docebunt. Cum voce שָׁנַר constructum, est: nudare. in voce Pharao, nec non Deut. XXXII. 42. & Jud. V. 2. significatum dominandi habet ex Arabismo vid. Cleric. ad Deut. l. c. Primus itaque significatus hujus loci est, quem proinde verto: Et vidit Moses populum, quod negligens factus fuerit, nam negligentem fecerat illum Aharon &c.*

NVM.

XIV. 9. כִּי לַחֲמֵנוּ הֵם) mutatis punctis reddi possit: *quando impugnaverimus ipsos.*

A S

XV.

XV. 39. (תתורו) idem ac תסורו. sic. ללל & ללל, תמך & סמך permutantur. Vertendum: & non recedite (ut ambuletis) post &c. conf. omnino Deut. XXVIII.

14.

XVI. 46. Ovid. lib. V. Fast.

Saepe Jovem vidi cum iam sua mittere vellet

fulmina thure dato sustinuisse manum.

XX. 11. Ad Fabulas suas hoc accommodat Callim. Hymno in Jovem. v. 31. sq. ubi de Rhea canit:

Πληξεν ορθῶ σκηπτρῶ το δε οι διχα διεση
εκ δεχεεν μεγα χευμα - - -

Percussit montem sceptro, at ille duobus locis multum discessit effuditque magnum fluxum. conf. Cleric. ad ψ. CX. 1. ubi Ezech. Spanhemium suspicasse ait, Callimachum quaedam in Carminibus suis ex versione LXX. Interpp. hausisse.

XX. 19. (אין דבר) quod nullum negotium facesset, haec verba Parenthesi includenda conf. Deut. II. 28.

DEVT.

II. 29. עשו) hoc verbum h. l. contrarium habet

habet significatum quemadmodum Ezech. XX. 9. 14. 22.

XX. 19. *כי האדם עץ שדה*) *nam hominis (est) arbor agri.* haec verba parenthesin constituunt. respicit Moses ad Genes. I. 29. similis vocum ordo observatur Ezech. XII. 10. & Cohel. XII. 13.

XXXII. 4. *הצור*) haec vox ad v. praeced. pertinet.

XXXII. 5. *Perdit (Deus eos qui) non (sunt) filii sui (i. e. filios suos degeneres;) abominatur (Deus) generationem perversam & distortam.* vox *לו* *πλεοναζει*, ut facpius. *מימם* lego; *momem* ut respondeat verbo *שותת* in membro anteriori sitque similiter tertia perf. Praeter. Piel. a *rad* *מום*. significatu ducto ex nomine *מום*, *macula*, Graece diceret: *μωμείται.*

XXXII. 10. *ימצארו*) legendum videtur in Hiphil.

XXXII. 42. *Inebriabo sagittas meas sanguine & gladius meus comedet carnem; sanguine perfossionis (in ipso praelio perfossorum & occisorum) & captivitatis (captivorum trucidatorum) (repetendum* *απο κοινου*: *inebriabo sagittas meas)*
de

de principe ducum hostis (repete : gladius meus comedet carnem.)

XXXIII. 7. *Audi, o Jehova, vocem Judae & ad populum ejus venire facias id (quod petiit Juda.)*

XXXIII. 8. (איש חסידך) Christus vid. I. Cor. X. 9.

XXXIII. 21. *Et elegit (Gad) sibi primitias (terrae occupatae i. e. partem regionis trans Jordanem) ut (scilicet) ibi portionem legitimam (repete לו, ipsi, Gado) definirent (a rad סוף cum Nun paragogico,) (qui divisioni terrae praecerant) & designatus est (a rad. תאה vel תוה) (Gadus inter) duces populi (vid. Deut. III, 18.) &c.*

J O S.

VIII. 2. Eurip. Hec. v. 1215.

Καπνω δ' ἔσημαν' ἄστῦ πολεμίων ὑπο

Fumo autem significabatur urbs sub hostibus.

X. 13. (בהצי השמים) in Hemisphaerio coeli supra Horizontem.

XV. 18. *Cum autem veniret illa (Achsa a patre ad Athnielem ducta) incitavit (Ach-*

(Achsa) *illum* (Athnielem) *ut peteret*
(a patre ejus Calebo) *agrum ac* (ut col-
loqui posset facilius cum Athniele) *de-*
clinavit ab Asino (quod cum videret Ca-
lebus) *dixit.*

JVDIC.

III. 23. נעל) consule Schol. min. ad Ho-
mer. Odyss. A. v. 441. seq. ubi doce-
mur, quomodo Veteres januas obfera-
re consueverint.

VII. 19. De divisione noctis in 3. partes
lege Zach. Bogani Homer. Hebr. ad
h. l.

VII. 22. חרב איש ברעהו) *Legen non sine*
voluptate similia apud Pausan. lib. X.
cap. 23. pag m. 855.

IX. 17. וישלך את נפשו) Homer. Iliad. I.
322.

Αει εμην ψυχην παραβαλλομενος πολεμιζειν.

quod Scholia explicant : της εμης ψυ-
χης εν τοις κινδυνοις καταφρονων.

XI. 53. 54. idem plane mortis genus Pyrr-
ho obtigit, referente Pausan. lib. I. cap. 13.
κεραμω, scribit, βληθεντα υπο γυναικος τεθνα-
ναι φασι.

XV.

XV. 8. (וַיִּךְ אֹתָם שׁוֹק עַל יָרֵךְ) Nos dicimus : Er hat ihnen Arm und Bein entzwey geschlagen.

XV. 16. (חָמַר חַמְרֵימִים) Lege cum LXX. *hamor hamartim.* Verte autem : *coacervando coacervavi illos.* Valer. Flacc. III. 274.

Tum super exfangues CONFECTAE
CAEDIS ACERVOS &c.

Achilles apud Ovid, Metam. lib. XII.

Hic quoque tot caesis quorum per
littus ACERVOS

& FECI & video valuit mea dex-
tra &c.

XVI. 19. *Et curavit eum in genibus suis obdormiscere vocavitque virum* (Philistaeos, collective sicut supra v. 9. הארבּוּ pro הארבוּם) & *totondit* (Delila, est enim foemininum genus verbi) &c.

XVI. 25. Appulejus lib III. Metam. populum in Theatrum convenientem ita describit : *Tectum omne fartim stipaverant, plerique columnis implexi, alii stautis dependuli, nonnulli per fenestras & lacunaria semiconspicui, miro tamen omnes studio visendi pericula salutis negligebant.*

I. SA-

I. SAMVEL.

II. 8. Stobaeus ex Archilocho citat hoc :

Τοις θεοις τιθει παντα πολλακις μεν εκ κακων
 Ανδρας ορθουσι μελανη κειμενους επι χθονι
 Πολλακις δ' ανατρεπουσι, κα μαλ' ευ βεβηκοτας
 Υπτιους κινουσ'.

*Omnia diis fer accepta, saepe ex rebus ad-
 versis homines erigentibus, in atra jacen-
 tes terra, saepe etiam supplantantibus: qui
 & firmiter stantes supinos sternunt.*

II. 25. יתפלל) *Judicem constituet se.*

II. 27. הנגלה) *Nonne revelatus sum?*

IX. 26. Cuilibet textum hunc curatius in-
 spicienti, clarum fiet, praesertim si
 כתיב retineat, Saulum in tecto noctu
 somnum cepisse. Confirmant hoc LXX.
 Interpt. & Vulg. Sanctio autem displi-
 cet. Verum non modo ex Homer,
 Odyss. κ. & λ. exemplum Elpenoris
 adduci potest. cujus etiam memoria
 conservatur ab Ovid. Trist. III. eleg. 4.

At miser Elpenor tecto delapsus ab
 alto.

sed & Leonh. Rauwolfius in Itinerario
 pag. 26. Morem hunc apud Turcas et-
 iam hodie vigere, testatur.

X. 23.

X. 23. (ויגבה וגו') Facit huc suo modo Columell. lib. IV. cap. VIII. *Nuper ipsi videre potuimus judæae gentis hominem proceriorem celsissimo germano.*

XVII. 4. (איש הכנים) vir ad *μονομαχίαν* provocans sic dictus quia tales inter duos exercitus in medio stant provocantes. Quomodo Hyllus apud Eurip. Heraclid. v. 803, seqq. similia de Hectore habes, Iliad. H.

XVII. 6. Clypeos humeris gestant Diomedes & Ajax apud Homer. Iliad. Λ. v. 373. seq. 527. 592. alia loca excitat Zach. Boganus.

XVIII. 10. (והחנית ביד שאול) Hastam enim antiqui pro diademate habebant. vid. Justin. XLIII. 3. unde hasta pro regimine apud Eurip. Hec. v. 9. Hipp. Cor. v. 975. Iphig. Taur. v. 1326. conf. I. D. Koeleri Diss. de S. Lancea.

XX. 25. (ויקם יהונתן וישב אבנר מצד שאול) Jonathan sedebat ad latus Saulis, Abner autem adveniente locum ipsi concessit similia habes Odyss. H. v. 169, seq. ubi Alcinous Vlyssēm:

- - - ἐπι θρόνου εἰσε φαινοῦ
 υἱον ἀνάστησας ἀγαπηνορα λαοθάματα
 οὐδ' οἱ πλησίον ἴξῃ

in

in thronum locat splendidum filium exsusci-
tans, qui ei proximus sedebat. Haec pro-
pter Clericum ad h. l. notanda duxi.

XX. 30. (ולבשת ערות אמך) *Et in contume-*
liam ignominiae matris tuae, privando
nempe matrem honore, quem capere
deberet ex successione Jonathanis in
Regno, hoc enim etiam nunc apud
Turcas admodum honorificum cen-
fetur.

XXI. 14. Eurip. de Herc. Fur.

Αφρον κατεσαζ' ευτριχου γενειαδος

Sputam in bene comatum mentum ex-
stillabat.

XXI. 16. (חסר משגעים אני) *Num opus mi-*
hi est insanis? conf. Casaub. Com-
ment. ad Theophr. Charact. cap. 16.
in fine.

II. SAMVEL.

II. 18. (קל ברגליו) *Laudi hoc ducebatur*
antiquis temporibus. Plutarchus in vi-
ta Romuli: αυθις δε περι Φιδηνην εμαχε-
σαντο και το μεν πλεισον εργον αυτου Ρωμουλου
γενεσθαι τεχνην δε μετα τολμης πασαν επιδει-
ξαμενου ρωμη τε και ποδωκεια πολυ δοξαντος
ανδρω.

B

ανδρω.

ανδρωπινης κρειττονι κερησθαι παντες ομολο-
γουσι. Rursus ad Fidenas pugnatum est, in
quo praelio maxima operis pars Romulo fuit,
qui cum pugnandi artem simul & audaciam
ostendisset, robore ac **PEDVM VELO-**
CITATE humanam excessisse vim omnes
fatentur. Plura ex Homero alii excita-
runt. vid. Iliad. O. 570.

XV. 30. (אָר טאָר אַר) Curtius. Lib. V.
12, 8. (Darius) perfusus mutuis lacrymis
inhaerentem (Artabazum) sibi avelli ju-
bet. Capite deinde velato, ne inter gemitus
discedentem velut a rege (lege cum Freins-
hemio: vel a tergo) intueretur in hu-
mum pronum corpus abjecit. conf. Interpr.
ad Curt. IV, 10, 34.

XVIII. 17. Sic Cassandra Lycophronis va-
ticipatur de Diomedis fociis:

κρυψοι κοιλοις εν μυχοις διασφαγθη
τοις δ' ακτερινον σημα δαυνιται νεκρων
σηπουσι χωσω τροχμαλω κατηρεφες.

*Abscondent incavis hiatus angulis ipsis ca-
rens exequiis Daunii monumentum statuent,
aggesto lapidum cumulo contectum. Tale
fuit etiam Abfolonis monumentum.*

XXIII. 20. (בְּתוֹן הַבָּאָר) Perdicas simi-
liter (secundum Aelian, lib. XII, 39.)
adeo

adeo fuit audax ut aliquando in speluncam, leaenae latibulum, solus introiret. Verum leaenam ipsam non deprehendit, sed catulos ejus secum exportavit: & magnam hominum admirationem Perdicas hoc facto meruit.

I. REG.

I. 2. Plaut. Stich. IV, 1, 66. si modo locus sanus est, conf. Taubm. in notis: Dabitur homini amica noctu quae in lecto accendet senem.

II. 22. Justin. X, 2. admodum similia quibus hic mos Regum orientis declaratur, ita refert: Occiso Cyro, Aspasiam, pellicem ejus, Rex Artaxerxes in matrimonium receperat. Hanc patrem cedere sibi, sicuti regnum, Darius postulaverat.

VIII. 8. Et producti erant vectes (in anteriorem partem versus sanctum) ita ut capita illorum videri potuerint e sancto in parte anteriori adyti (h. e. ut, si quis in sancto constitutus esset, ille valvis adyti apertis, earum capita videre posset) quamvis non prospiciebant (eminebant scil. vectes. \aleph legendum in Kal & referendum ad vectes) foras &c.

X. 1. לשם יהוה) *in nomen Jehovae*, i. e. audivit Regina famam Salomonis admodum gloriosam. notum enim est nomina divina esse notam superlativi. conf. Nold. de partic. ל. signif. 17. cum nota.

X. 15. אנשי התרים) *metalli fossores*.

XIV. 19. על ספר דברי הימים) *in Annalibus*, non Ephemeridibus. ימים enim h. l. non sunt dies sed anni : Quid interfit inter Annales & Ephemerides docet Gellius lib. V. 18.

XV. 10. אמו) *Aviae ejus*, si modo locus integer est.

XVIII. 37. *Exaudi, o Jehova, exaudi, sciatque hic populus te Jehovam Deum esse, teque animum ejus retro revocasse.*

XX. 23 אלהי הרים) Syri tamen ipsi Emessae coluere Deum montensem, cui nomen Elagabalus quod ad verbum est : *Deus montis*. vid. Voss. de Idolol. lib. II. cap. V. p. m. 170. a.

XX. 43. סר) *ira accensus*, ex Arabismo.

XXII. 17. Sensus est : *Ahabum solum perituum, populum vero salvum fore.*

II. REG.

VIII. 10. videtur כתיב praeferendum esse קרי טד, adeoque Hafaëlem mentitum esse, & contrarium verbis Prophetæ protulisse. Malo enim mendacii accusare Hafaëlem quam Prophetam.

XII. 5. 6. (כסף עבר וגו) *Argentum* (inquam) *transiens* (ad mercaturam i. e. probum vid. Genes. XXIII. 16.) *quisque* (sacerdotum) *argentum animarum quod ille aestimavit* (vid. Levit. XXVII.) &c.

XIX. 21. (לך) haec ad Sanheribum directa sunt.

XXII. 9. (חתיכו) *conflarunt*, i. e. collegerrunt. Non esse huic mendum adversus Clericum evincit 2. Paral. XXXIV.

17.

XXIV. 20. (על אף) *Summus gradus irae.*

I. CHRON.

V. 18. (דרכי קשר) Insignem locum ex Arriano, Hist. Jud. cap. 16. pag. 331. edit. Gronov. adducit Vitringa ad illustrandam hanc phrasin in Comment. ad Jes. V. 28. quem; quia ab illo tantum

B 3

lau-

laudatur heic exhibemus : ΕΧΧΣΙ ΤΟΞΟΝ
 ΙΣΟΜΗΝΕΣ ΤΩ ΦΟΡΕΟΝΤΙ ΤΟ ΤΟΞΟΝ. ΚΑΙ ΤΟΥΤΟ ΚΑΤΩ
 ΕΠΙ ΤΗΝ ΓΗΝ ΘΕΥΤΕΣ ΚΑΙ ΤΩ ΠΟΔΙ ΤΩ ΑΡΙΣΤΕΡΩ ΑΝ-
 ΤΙΒΑΝΤΕΣ, ΟΥΤΩΣ ΕΚΤΟΞΕΥΧΣΙ. (Indi) *arcum*
habent ejusdem cum eo qui eum gestat lon-
gitudinis atque hunc quidem ad terram ob-
firmantes, sinistroque pede contra nitentes,
tendunt atque ita jaculantur. Locum si-
 milem ex Suida legimus in Lipsii Po-
 liorcet. lib. IV. dial. VI. Alludit etiam
 Ovidius ad hunc morem Metam. lib.
 V. ubi de Cupidine:

Oppositoque genu curvavit flexile
 cornu.

& Amorum lib. I. eleg. 1.

Lunavitque genu sinuosum fortiter
 arcum.

XVII. 17. *Et respexisti me humana ratione*
 (vid. Clericum ad 2. Sam. VII. 19.)
 (tu) qui (es) superne (in coelo) *Jehova*
Deus.

XXI. 12. נִסְפָּח) Compara 2. Sam. XXIV.
 13. & videbis non sine ratione suspi-
 cari quem posse, legendum esse etiam
 hoc loco נִסְפָּח, nysecha, *fugere te.*
 נִסְפָּח enim cum סָפַח non solet constitui.

XXI.

XXI. 30. (לפניו) *In conspectum ejus* (Jehovae.)

XXIV. 31. *Et jecerunt & ipsi* (Levitae reliqui vid. v. 20. hujus cap.) *sortes una cum cognatis suis posteris Aharonis, coram Davide rege & Zadoko & Ahimelecho & capitibus familiarum sacerdotalium & Leviticarum: patres* (inquam Levitarum reliquorum de quibus hic sermo vid. l. c. & quidem) *senior aequae ac cognatus suus junior.* ראש opponitur h. l. טו קטן.

XXV. 1. (שרי צבא) *Principes ministerii* (facri) vid. Num. IV. 3.

II. CHRON.

VIII. 18. (אוניות) vid. Vitring. ad Jes. II. 16. ubi de subvectura navium, Veteribus usitata, exponit. Si tibi haec non probentur, exponas אוניות non *naves sed navalia.*

XI. 22. Similis Ellipsis, qualem Clericus h. l. notat observatur cap. sq. v. 12.

XIII. 3. (אמו) ob cap. XI. 20. legendum videtur אשתו, uxoris ejus.

XIV. 6. (לפניו) vid. Genes. XIII. 9.

B 4

XVI.

XVI. 4. מסכנות ערי) Hypallage loco
ערי מסכנות

XVI. 14. מרקחת מעשה) Hypallage ut
versu 4. praeced. vid. v. 12. cap. seq.

XX. 37. ולא עצרו) aut supplendum כח
vid. 1. Paral. XXI. 14. 2. Paral. II. 5.

XIII. 20. aut legendum עצמו, potuerunt
loco עצרו.

XXV. 26. הנם) legendum הם vid. 1.
Reg. XV. 7. & similia loca. vid. tamen.
Habac II. 13.

XXXIII. 11. חוחים) forte nomen pro-
prium loci.

XXXVI. 16. מתעתעים) iridentes. ho-
rum enim vox est תע, ta, ta.

NEHEM.

II. 13. שכר) habet h. l. signif. *consideran-*
di ex Chald. סבר. sic Complutensia :
κατανοω.

III. 8. Udsiel filius Harhajae (qui ambo e-
rant) conflatores.

III. 37. לנר) palam.

IV. 17. המים) videtur fuisse aliquando
in fine lineae scriptum : המי per com-
pendium pro : המין, *hemin*, Praeter.
Hiphil. rad. ימן atque postea a librario
plene

plene sed per errorem , exaratum
המים. cum contextu autem redderem:
quisque telum suum ad dextram collocave-
rat.

VI. 10. עצור) conf. 1. Sam. XXI. 8.

IX. 17. במרים) LXX, legerunt במצרים.

εν Αιγυπτω,

ESTER.

I. 7. Magni semper aestimantur divitiae
poculorum aureorum a regibus Persa-
rum ad insaniam fere vid. Olearii Itiner.
Persicum. pag. 669.

II. 2. 3. Talem, virginum pulchritudine
corporis conspicuarum, συλλογην, cujus
partem Judaicae quoque constituebant,
etiam suo tempore in gratiam regis
Persarum factam fuisse, affirmat. Jo.
Jac. Straußius in Itin. pag. 148. Amst.
fol. Germ.

VII. 8. 9. Livius lib. I. 26. *Lex horrendi*
carminis erat : caput obnubito, infelici ar-
bori reste suspendito. conf. Coelium Rhod.
Lect. Antiq. lib. X. cap. 7.

J O B.

III. 5. (כמרירי יום) Ovid. in Ibin:

Lux quoque natalis (ne quid nisi triste videres)

Turpis & inductis nubibus atra fuit.

III. 9. (עפעפי שחר) sic *noctis palpebra* apud Eurip Phoeniss. v. 546.

IV. 10. (נתצו) *destruuntur*. Idem quod נתצו solemni permutatione literarum ע & צ. conf. Psalm. LVIII. 7.

IV. 20. (מבלי משים לנצח) *ex defectu ponentis (eos) in perpetuum*. Repugnant quidem accentus, sed defendunt LXX. & Chaldaeus.

V. 5. *Cujus messem famelicus comedet, & fortis e spinis rapiet eam (messem) & haurient sitientes facultates ejus.*

V. 7. Sensus est: *quemadmodum natura scintillarum eas in altum evehit; ita natura hominis eum in molestiam collocat.* Philip. Melancht. in Hypotyp. Theol. de peccato: *Sicut in igne est genuina vis, qua sursum fertur: ita est in homine nativa vis ad peccandum.*

V. 21.

V. 21. שוֹט לְשׁוֹן) sic Pindarus Pyth. IV.
v. 390.

ΔΟΥΕΟΙ ΜΑΣΙΥΙ ΠΕΙΘΟΥΣ

Agitaret flagello persuasionis.

V. 23. אַבְנֵי הַשָּׂדֶה) *filiis agri*, i. e. bestiis
agrestibus. אַבְנֵי loco בני ex Arabismo.

VI. 10. לֹא יִחְמַל וְגו') *Non parcat (Deus),*
si praecepta sancti (Dei) non occultavi (i.
e. servavi, vid. cap. X. 13. 14. XXIII. 12.
Pf. CXIX. 11.)

VI. 12. נִחְוֹשׁ) Orpheus de Lapid. prooem.
v. 27.

Οὐδ' εἰ χαλκῆα γυῖα καὶ ἀγναμπτος σθενος
ἀνῆρ.

Neque si abeneorum membrorum & infle-
xibilis roboris vir (esset.)

VI. 14. *Liquescenti (misero) a socio suo sce-*
lus (ex Chald. sign.) (imputatur) quasi
reliquerit timorem omnipotentis.

VI. 15-23. *Cognati mei avertunt se a me si-*
cut fluvius, sicut fluctus fluviorum tran-
seunt. (Verum) qui se more lugentium
vestibus obvolvunt propter frigus super eos
cadet nix. (Suo) tempore exsiccabuntur
(a Chald. שָׂרַב), exscindentur, in ira ejus
(Dei) extinguentur a locis suis. Perver-
ten-

tentur semitae viae eorum, ibunt in deserta atque peribunt. Adspicient viam ad Themam (ducentem) viam Sebae cupient ipsi (ut procul a me sint.) Erubescunt quamvis secure venerint illuc & pudore suffundentur. Quamvis nunc estis & non timetis (tamen) terror (veniet) & (tunc) timebitis. Num dixi: date mihi (aliquid)? & ex opibus vestris munus praebete in usum meum? aut: eripite me e manu hostis & e manu violenti redimite me? Increpat Jobus his verbis cognatos suos quod ipsum miserum reliquerint. Primo describit illorum negligentiam. Deinde docet eos, fore ut in majora mala incidant, cum fugerint incommoda, quae ipsis, si illi misero in solatium adfuerint, forte oriri potuissent; versus enim 16. sensus est:

Incidit in Scyllam qui vult vitare
 Charybdim.

Atque hanc futuram eorum miseriam postea fusius describit ac tandem ipsis exprobrat quod ipsum dereliquerint, cum tamen neque opes ipsorum, neque ea, quae vitae ipsorum detrimento esse potuissent, expetierit.

VI.

VI. 24. hoc versu convertit orationem ad
amicos cum ipso disceptantes.

VI. 25. 26. *Quare amari (odiosi) sunt vo-
bis sermones rectitudinis? Quare increpat
increpando (aliquis) ex vobis? Nonne co-
gitatis quomodo verbis (me) increpetis &
exspiretis verba, quae me desperatum red-
dant.*

VII. 1. Eurip. Suppl. 550.

Παλαισμα ημων ο βιος

Lucta est vita nostra.

VII. 13. 14. Ovid. de Ponto. lib. I. eleg. 2.

*At puto, cum requies, medicinaque pu-
blica curae*

*somnus adest, solitis nox venit orba
malis:*

*Somnia me terrent, veros imitantia
casus,*

& vigilant sensus in mea damna mei.

VIII. 17. בית אבנים יחזה) *Domum ex lapi-
dibus exstructam videre se quis putet (con-
siderando radices ejus.)*

IX. 21. *Num integer ego (sum)? Non. No-
vi me & vitam meam fastidio. Semel
probe notandum, Jobum in hoc libro
fisti tam justum quam non justum.*

Ju-

Justum, quatenus homo viribus spiritalibus justitiam exercere potest. Non justum, quatenus peccato originis adhuc est obnoxius. Atque hoc ipsum est quod amici Jobi neglexerunt, quae enim de justitia sua proferebat Jobus, sensu illo, quem indicavi, ea ipsi interpretabantur, quasi sensu posteriori dicta essent.

XIII. 12. *Elationes luti sunt elationes (sermonum) vestrorum.*

XIII. 15. *Ecce occidet me, non possum sperare, tamen &c.*

XIII. 19. *Quis est qui litigabit mecum (& efficiet) ut nunc sileam & exspirem.*

XIV. 5. **אן**) *Nonne?*

XIV. 9. **עך וני**) *lego: odh. & verto: amplius gratum habebit sicut mercenarius diem (mortis) suae.*

XIV. 11. 12. *Sensus: Lacus & fluvii quandoque mutantur & exsiccantur sed homo non mutatur sed mortuus cubat.*

XV. 29. **מנלם**) *Scribendum videtur: מנלם, michlam, in MSS. enim Nun & Caph fere distingui nequeunt.*

XV. 30. **פיו**) *oris ejus (Dei.)*

XVI.

XVI. 7. (השמות וגו) Respicit Jobus ad jacturam filiorum & facultatum.

XVI. 8. *Corrugasti me. Testis est, quae surrexit in me macies mea* (quaeque tanquam testis) *respondet.*

XVI. 19. 20. Thomas a Kempis: *Bonum est, quod patiamur quandoque contradictiones, & quod male & imperfecte de nobis sentiatur, etiamsi bene agimus: tum enim interiorum testem Deum quaerimus.*

XVII. 2. (אם לא) *Nonne.*

XVII. 2. (תלן) *pernoctat, vigilando nempe.*

XIX. 3. (תזכרו לי) *obfirmatis* (faciem vestram) *erga me* i. e. *perfriatam frontem, erubescere nesciam, geritis erga me. vid. Jes. III. 9. & Vitring. in Comment. confer.*

XIX. 8. (חשך) *cohibitionem.*

XIX. 25. 26. *Novi liberatorem meum* (i. e. eum, qui liberabit me ab injuriis vestris) *vivere & tandem victorem fore; quamvis post cutem meam etiam hoc* (carnem reliquam) *perfoderint* (שחנים, inflammationes, & ulcera. vid. cap. II. 7.) ; *tamen ex carne mea* (restituta) *videbo Deum quem videbo mihi* (in solatium) & *ocu-*

& oculi mei videbunt, neque alienum (Deum nempe, sed propitium.)

Consumti sunt renes in sinu meo quia dicitis : quomodo insectemur illum ? cum tamen radix rei (veritas de qua disputamus) in me inveniatur.

XX. 3. Et ventus post (vid. Nold. Sign. 24.) sapientiam meam respondeat mihi. i. e. Num sermonibus inanibus mihi, qui sapientes sermones protuli, respondeatur.

XX. 10. בניו ירצו דלים) filii ejus current pauperes, scil. quaerendo panem.

XX. 11. Ossa ejus plena sunt virium ejus sed (hae vires) cum ipso sepelientur. עלמו ex Chald. sign. reddo : vires. Ita etiam Chald. interpres : חיליה.

XX. 19. ולא יבנהו) quam (domum) tamen non aedificavit i. e. domum non suam.

XX. 20, 21. Quoniam non novit tranquillitatem in ventre suo (infatiabilis fuit) propter cupiditatem suam nihil eripuit (dimisit) nihilque reliquum (fecit) de cibo suo : ideo non permanebunt bona ejus.

XX. 26. Omnem retentionem (אחשך, cohibuit) thesauri in occultis suis (omnes thesauros occulte retentos) consumet eam

eam (retentionem) *ignis non afflatus* ,
&c.

XXI. 19. וירע) *ut sentiat.*

XXI. 25. בנפש מרה) *Virgilius:*

*Vitaque cum gemitu fugit indignata
sub umbras.*

XXIII. 7. *Ibi rectus judicatus* (*erō*) *coram
ipso* (*Deo*)

XXIV. 11. *Intra muros illorum* (*justorum
quos improbi aggrediuntur*) *oleum ex-
primunt, calcantque torcularia* (*illis justis*)
sitientibus.

XXIV. 13. דרכיו) *vias ejus* (*Dei.*)

XXV. 5. *Ecce etiam lunam non splendidam
putat* (*Deus in oculis suis, quod statim
sequitur*) &c.

XXVI. 4. *Cuina sermonem tuum indicasti?
aut qualis halitus* (*fermo*) *e te exiit?*

XXVI. 11. עמודי שמים) i. e. רקיע, fir-
mamentum.

XXVII. 8. כי בצע וגו) *quando concidit, quan-
do extrahit Deus animam ejus.*

XXVII. 22. מירו וגו) *e manu ejus* (*hostis,
num*) *effugiendo effugiet?* Interrogatio
loco negationis.

XXVIII. 3. *Finem ponit* (*quis, indefinite.
i. e. ponitur finis*) *tenebris* & *ad omnem*

C

COR

consummationem (usque, ita ut nihil superfit, quod investigari queat) *ille investigat* (rursus indefinite) (etiam in) *lapidem caliginis & densissimae umbrae.*

XXVIII. 5. *ל*) indefinite *cuidam* aut si *ma-*
vis: metallifossori.

XXX. 2. *Etiam vires manuum illorum quare mihi* (expetendae fuissent?) *opera* (ab *עלל*) *ipsorum perdit adversa fortuna* (ex Arab.)

XXX. 5. *De corpore propellebant. indefinite:* quisque hos homunciones a se arcebat.

XXX. 8. *בני נבל*) *filiis hominis scelerati.*

XXX. 18. *Sicut os* (foramen per quod collum hominis transit) *tunicae meae cingit me* (vis morbi.)

XXX. 20. *והתבנן בי*) *Verum me advertisti?*

XXX. 24. *אם כפירו רהן שוע*) *si, cum calamitas ejus* (Dei) *ipsis* (indefinite: aliis hominibus, proximo) (venerit,) *clamando* (clamavi prae laetitia.)

XXXI. 5. Interrogatio loco negationis.

XXXI. 6. Hic versus non cohaeret cum praeced. ceterum Lutherus optime illum transtulit.

XXXI,

XXXI. 11. עון פלילים) *iniquitas judicium.*
i. e. crimen, cujus poenas magistratus
exigere debet. conf. Matth. V. 22.

XXXI. 27. בסתר) Male hoc ad actum
adorationis, quasi illa ne clam quidem
facta sit a Jobo, trahitur a Clerico, cum
de clancula seductione agat. Non enim
haec vox e priori membro hujus ver-
sus in posterius transferenda.

XXXI. 27. ותשק ידי לפי) de hoc adora-
tionis ritu legi praeter alios a pluribus
interpretibus notatos potest. L. Pig-
norius Epist. Symb. ep. 10. p. m. 37.
& Notae ad Lactant. Inst. Div. lib. I.
pag. 26. seq. edit. Serv. Gallaei.

XXXI. 31. *Nonne dixerunt homines tentorii
mei :* (domestici & focii mei, qui ini-
mico meo, plus quam ego irasceban-
tur, quales fuerunt focii Davidis, 1.
Sam. XXIV. 5. seqq.) *Vtinam haberemus
carnem ejus !* (qui inimicus erat Jo-
bi) *non satiaremur illa.* conf. cap. XIX.
22.

XXXI. 37. *Numerum passuum meorum indi-
cavi ipsi* (quot passibus obviam iverim)
sicut principem introduxi illum.

XXXII. 3. וירשעו איוב) *ita ut* (illa re-
spon-

sponsione) *reum facerent Jobum* (demonstrarent illum non esse justum, quod ille putarat.)

XXXII. 4. *Et Elihu expectavit* (distulit) *cum Jobo sermonibus* (contendere.)

XXXIII. 3. ברור) hoc nomen non adjectivi sed adverbii vices tenet subintellecto praefixo כ.

XXXIII. 9. חף) *purus* a rad. חפה, *textit*, quia quae tecta sunt pura manent nec pollui possunt.

XXXIII. 13. יענה) *rationem reddet*.

XXXIII. 15. או) haec vocula a latine loquentibus omitti debet.

XXXIII. 17. *Ut amoveat hominem a faciente* (malum) & *corpus* (ejus) *a viro* (maio) *protegit*.

XXXIII. 19. *Et arguitur* (homo) *dolore in cubili suo* & *contentendo* (contendit cum) *ossibus ejus Fortis* (Deus.)

XXXIII. 20. *Et abominari facit eum vita ejus* (misera) *panem*, & *anima ejus* (מרה, triftis, repete: abominari facit eum) *cibum appetentiae* (i. e. delicias.)

XXXIII. 21. *Consumitur caro ejus inopinato*, & *conteruntur ossa ejus*, *nec animadvertitur*.

XXXIV.

XXXIV. 36. (עַד נִצָּח) *usque ad victoriam*,
ita ut convictus sit Jobus.

XXXIV. 37. (יֵרֵב) possit quoque a רֵיב
deduci.

XXXVI. 3. (יִשְׂרָהוּ) a Chald. שָׂרָה, dimi-
sit.

XXXVI. 11. (יִפִּיץ עֲנַן אֹרֹר) *dispergit nubem
lux ejus*. congruit hoc posterius mem-
brum cum priori.

XXXVI. 13. *Sive* (mittat tempestatem)
in tribum (familiam) *sive in* (integram)
terram (nam וְ h. l. est paragogicum ,
nisi videatur hunc versum Judaeum
scriptorem olere , ita ut de tribu & ter-
ra Dei i. e. Canaane loquatur) *sive in
sceleris* (poenam) *invenire facit* (tempe-
statem) *ea* (ad quae exequenda missa
est.)

XXXVI. 20. *An narrabitur ei* (Deo) *quod
locutus sim* (contra Jobum pro Deo) ;
aut dicet quispiam (Deo) *quod absorptus*
(convictus (ex Syriasmō) sit Jobus fer-
monibus meis.)

XXXVII. 1. Plautus Cistell. A&. II. sc. 3.
v. 9.

• Horret corpus, cor falit.

C 3

XXXVIII.

XXXVIII. 3. אור) Lucret. lib. II.

Dede manus ; aut si falsa est, accingere contra.

XXXVIII. 13. *Apprehendendo* (prehendente me Deo, similis constructio seq. v. 38.) *oras* (vid. 1. Sam. XXIV. 5.) *terrae ; excutientur impii ex illa.* Comparatur a Deo terra cum pallio.

XXXVIII. 38. *Conflante* (me Deo) *pulverem in massam solidam : Glebae sibi invicem adhaerent.*

XXXIX. 8. *Explorat* (יתור, quod respondet sequenti: ירוש) (in) *montibus pabulum suum &c.*

XXXIX. 10. בתלם עבתו) *ad arationem funis.* Hypallage loco : *ad funem arationis.* ו autem in עבתו est paragogicum.

XXXIX. 19. רעמה) *Altitudine,* ex Syria-fmo. Spectabilis fane altitudo cervicis in equo. Virgil. Aeneid. XI. 492. Homeri Iliad. Z. 506. seqq. ita exprimit :

Qualis ubi abruptis fugit praesepia
vinculis

Tandem liber equus campoque po-
titus aperto &c.

Emi-

Emicat arrectisque simul CERVICI-
BVS ALTE

Luxurians, luduntque jubae per col-
la, per armos.

Adde Comment. ad Nemesiani Cyne-
geticon. v. 247. plurima se validos cer-
vix &c.

XXXIX. 23. *Super ipso (equo armato) stri-
det pharetra, flamma (gladius) hasta, &
clypeus.*

XL. 2. *Nonne qui contendit cum Omnipotente
eruditum esse oportet? qui arguit Deum
rationem (demonstrationis suae) red-
dat?*

XL. 21. עֲלֵנָּצ) *tenebrae ramorum* ut est apud
Virgil. Aeneid. IX 384.

XL 32. In memoriam revocat somnium
illud piscatoris, quod refert Theocri-
tus. Idyll. XXI. ubi v. 48. seqq. in nar-
ratione somnii piscator ita pergit:

Τῷ χερσὶ τεινομένου περὶ κνωδαλον εὐρον
αἰώνα

Πῶς μὲν εἰώμεγαν ἰχθύων ἀφαιροτέροισι σί-
δαροισι

Εἰθ' ὑπομιμνασκόν τῷ τραυματῷ αἰε' ἐμῆ
νύξεις;

Καὶ νύξη χαλεπίως· καὶ οὐ φευγοντος εἶθ' ἄρα.

Ἦνυσ' ἰδὼν τὸν αἰεθλον.

C 4

Ma-

*Manus extendens circa hoc animal inveni
certamen, quomodo magnum caperem piscem
exiguo ferro; Deinde & de vulnere cogi-
tans, num me punges? inquam, & pun-
geris graviter. Et cum non fugeret, exten-
di manum atque ita videns CONFECI
CERTAMEN.*

XLI. 9. 10. Pind. Pyth. Od. IV, 400.
seq.

Και βοας, οι φλογ' απο
ξανθων γενυων πνεον καλομενου πυρος.

*Et boves, qui flammam e flavis malis spi-
rabant ardentis ignis. Virgil. Aeneid. XII,
101, seq.*

- - totoque ardentis ab ore
Scintillae absistunt, oculis micat acri-
bus ignis.

XLI. 15, 16. פִּצִּי) Non a signif. פִּצִּי sed
פִּצִּי.

XLI. 22. *Sub eo sunt acumina testae: sternit
se (super) tribulam (ut) super lutum.*

XLII. 3. *Quare quis imprudens occultaret
consilium? ideo profiteor, me non intellige-
re ea quae mirabilia sunt quam ut scire
queam.*

XLII. 6. וְנֹנֵן) Possit etiam esse a וְנֹנֵן
ut

ut saepe in hoc libro, ita ut contritionem hominis poenitentiam agentis denotaret.

PSALMI.

IV. 7. (ירמנו טוב) *Quis faciet, ut fruamur bono?* Sic videre pro frui etiam apud Aristophanem in Nub. ubi Socrates:

τον παντα χρονον μετ' εμου
ζηλωτατον βιον αν-
θρωπων διαξεις.

cui Strepfiades:

αρα γε τχτ' αρ' εγω
ποτ' οψομαι;

IV. 7. (נסה עלינו אור פניך) *contrahit David in unum duas propositiones quae leguntur Num. VI. 25. 26.*

VII. 10. (בחן) *Particip. loco Imperativi.*

VII. 15. Tria verba: חבל, הרה, & ילר, h. l. unum idemque sunt. Sensus enim est: a viro malo mala proficiscuntur.

VIII. 2. (אשר תנה וגו') *quae (terra) dat (תנה, pro נתנה per Aphaeresin quem- admodum התה, pro נתתה 2. Sam. XXII. 41. coll. Ps. XVIII. 41.) gloriam tuam*

ad coelos, i. e. vox laudantium te in terra ad coelos usque pervenit.

VIII 3. *Ex ore puerorum & lactentium parasti laudem propter inimicos tuos, delendo hostem & ultionis cupidum. Sensus: infantes tibi laudes canunt ob hostes a te prostratos.*

IX. 14. מְרוֹמְמִי) Partic. loco imperativi.

XI. 6 פְּחִים) Favillas, vid. Exod. IX. 8.

XIV. 4. *Nonne (hoc) cognoscere deberent omnes iniqui, qui populum meum vorant? (illi contra) cibo indulgent, Deum (vero) non invocant.*

XIV. 5 6. פָּחַד) Post hanc vocem necessario ex Pf. LIII. supplenda videntur verba: לֹא הִיָּה פָּחַד, conf. LXX. ad h. l. & Clericum ad Pf LIII. Quod vero reliquas variationes in his duobus versibus attinet, crediderim unum eundemque Psalmum diversis temporibus hinc inde variate a Davide prolatum fuisse.

XVII. 11. אֲשֶׁרֵנוּ עִתָּה סִבְבוּנוּ) *gressus nostros nunc circumdant.*

XX 10. *Jehova servavit regem: nos (porro Jehova) exaudiat. &c. Quod si*
הוֹשִׁיעָה

הושיעה fit imperativus, tamen posteriora verba ita reddenda sunt. Similis Enallage est in Ps. seq. v. 10. Lectio itaque codicis Masor. sana est.

XX. 13. (במיתריך תכונן) Virgil. Aeneid.

X. 131.

- - nervoque aptare fagittas.

XXII. 17. (מרעים) possit etiam verti: *Sociorum.*

XXIII. 5. (תערך לפני שלחן) Non habebant veteres mensas certo loco constitutas, ut nos, sed illi, qui coenare volebat, servi afferebant mensam eamque coram ipso constituebant ut patet ex pluribus Homeri locis v. c. Odyss.

A. 138.

XXV. 11. (כי) *quamvis.*

XXIX. 10. (למבול) *in excellentiam*, i. e. excellenter, ex Arab. rad. נבל significatu.

XXX. 12. (מכל צררי הייתי חרפה) *super omnes calamitates meas opprobrio (etiam) sum vicinis quidem meis maxime: & terrori &c.*

XXXIII. 15. (נצר h. l. idem quod יצר, sic נקש idem quod יקש.

XXXV. 3. (הרק חנירת) *profer hastam ex vagi-*

vagina nempe quae Graece συριγγίς dicitur. Homerus Iliad. T. 387.

Ἐκ δ' ἀγα συριγγίος πατρίων ἐπασσάτ'
ἐγχος

e vagina patriam traxit hastam. conf. etiam Odyss. A. 127. seqq. cum Schol. minoribus.

XXXV. 3. סגור וגו') Plautus Mil. glor. II. 2. v. 68.

Intercludito inimicis commeatum - - non cepit hoc Buchananus in Metaphrasi qui habet:

*Ensem stringe : meis hostibus obviam
prodi - -*

XXXV. 12. שכול) forsan transpositis literis pro כשול.

XXXV. 16. 17. *In profanare me, subsannare me, os in latera distorquere (ex Arab. سنع), stridere super me dentibus ipsorum, Domine, quomodo videre potes ? id est, Quomodo Domine concedere potes ut sim risui & omni contumeliae expositus ?*

XXXVI. 3. *Nam blanditur sibi cum invenit iniquitatem suam loco odio habere, i. e. cum potius*

potius

potius ipsum deceret iniquitatem odio habere.

XXXIX. 7. בצלם) Ulysses apud Sophocl. in Ajace flagellif.

ὄρω γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἀλλο, πλὴν
εἰδῶλ' ὅσοι περ ζῶμεν. ἢ κουφὴν σκίαν.

Sic Ovidius lib. III. Trist. eleg. II. *simulacro* se comparat, & Appulejus lib. I. *Metam.* Socratem suum *larvalem simulacrum* & miserum aerumnae *spectaculum* vocat.

XL. 6. אֲנִידָה וְגו') *si praedicare vellem* (ecce) *majora sunt quam ut narrare queam.*

XL. 8. עָלַי) *mibi, i. e. quid facere me oporteat.*

XLI 5. כִּי) *quanquam.*

XLII. 5. כִּי) *quando.*

XLII. 5. אֲדָרָם) *est qui legeret: edrom.* quod apud Arab. est: saltando currere.

XLII. 6. Elegantissimum soliloquium! Augustinus lib. I. *Retract.* cap. 4. *Scripti duo volumina me interrogans mihique respondens tanquam duo essemus, cum solus essem, unde hoc opus soliloquia nominavi.*

XLII, 7. מַצְעָר) *forte nomen proprium.*

XLV:

XLV. 7. (הדרך צלח רכב) *calcare fac feliciter equum.*

XLV. 9. (היחלי שן מני) *arcis eboris excellentis.* מני enim apud Arab. est desiderabile. Quod si vox מני ex Hebr. מנה deducenda sit, erit ebur *operis vermiculati*, aut etiam ebur *praeparatum.*

XLV. 15. *Phrygionicis vestibus* (induta o regina) *adduceres regi, virginibus* (multis) *te sequentibus* (quae virgines) *sociae tuae* (sunt) *adductae tibi* (in ministerium.)

XLVI. 6. (לפנור) *ante.*

XLVII. 8. (משכיל) respicitur ad Psalmos hac voce inscriptos.

XLVIII. 3. *Fulcher, excellens* (ex Arabismo) (&) *laetificans universam terram* (est) *mons Tzion; interiora adyti* (sanctum sanctorum) (sunt in) *urbe regis magni* (Jerofol. vid. Matth. V. 37. cont. vers. Syr.). ירכתו צפון, transtuli: *interiora adyti*, i. e. sanctum sanctorum, & sic ירכתו occurrit. 1. Sam. XXIV. 4. 9. Jer. XIV. 13. Jon. I. 5. צפון autem, quod pronunciandum tsaphun, pro *adyto* Ezech. VII. 22.

XLVIII. 8. Nescio an respiciatur ad ea quae

quae referuntur 1. Reg. XXII. 49. de
confractis ad Etsjongeber navibus.

XLIX. 7. 8. 9. 10. *Qui fidunt facultatibus
suis & copia divitiarum, nemo (eorum)
fratrem suum redimere potest aut dare Deo
pretium redemptionis pro eo, [pretiosissima
enim redemptio vitae eorum (hominum)
ita ut in aeternum (redemptio) deficiat]
ut vivat in aeternum nec foveam videat.*

XLIX. 14. *Haec est via illorum (&) fiducia
illorum &c.*

XLIX. 15. *(לִבְקֵר וְגו') Ad mane (usque ex-
pecta) & figura eorum in veterascere (i. e.
absumpta erit) (ac) sepulcrum (erit) habi-
tatio unius cujusque eorum.*

LII. 3. 4. *Quid gloriaris in nequitia o po-
tens scelere? in omnes dies prava cogi-
tas, &c.*

LV. 6. 7. *Jole apud Senecam. Trag. Herc.
Oet. v. 200. seqq.*

- - cur mea nondum
capiunt volucres brachia plumas
felix, felix, cum sylva domus
nostra feretur, patrioque sedens
ales in agro referam querulo
murmure questus - -

LV.

LV. 10. *Absorbe, Domine divisionem linguae ipsorum. i. e. perde hos homines discordes.*

LV. 19. (כי ברבים היו עמדי) *Nam in multos (i. e. multi) sunt circa me stantes (inimici.)*

LV. 20. 21. (אשר אין ונו) *quibus vix vestes sunt (i. e. miserrimae conditionis homines) & tamen Deum non timent (hi) mittunt &c.*

LVIII. 2. *Num vere (quisque ex vobis) mutus (est, quando) quod justum est, loqui, recteque judicare debetis o filii hominis?*

LVIII. 10. *Antequam sentiant ollae vestrae (o pii) rhamnium, quemadmodum floret (impious) ita in ira (Deus) procella auferet ipsum (impium.)*

LIX. 7. hoc versu & 15. describit David illos, quia Saule mittebantur ad illum quaerendum, sub imagine canum venaticorum.

LIX. 10. Aliter & forte curatiora haec verba scribuntur v. 18.

LIX. 16. cum praeced. versu David comparasset inimicos suos canibus; nunc illis

lis

lis talia imprecatur, qualia canibus accidere solent.

LX. 8. *Deus promisit (bona) mihi in sanctuario suo; (ideo) laetus sum. Partior Sichemum, & vallem Syceoth metior. Posterioris huius membri sensus, est idem ac sequentium versuum. Laudat Pfaltes Deum, quod effecerit, ut rursus secure ab hostium invasionibus, dominium exercere possit in terram Israëlis, vid. omnino Mich. II. 4.*

LXIII. 6. 7. *Tanquam adipe & pinguedine satiata est anima mea, ideo labiis vociferationum laudat (te) os meum, quando memini tui in strato meo, (quando) in vigiliis (notis i. e. noctu) meditor te.*

LXIII. 11. יגירחו) Masorethae legunt: *jaggiryhu* in plurali, sed praestat legere: *jaggirehu* in singulari, *diffluere faciet (Deus) eum (quemlibet impiorum.)*

LXIV. 7. *Investigant (quaerunt sollicite contra me) nequitias, perficiunt (etiam) quod investigando investigatum fuit (ab ipsis), & medium uniuscujusque (illorum) & cor (est) profundum. i. e. malis & clandestinis consiliis repletum, vid. Jes.*

D

XXIX.

XXIX. 15. & Concord. Hebr. voce
עמק.

LXIV. 9.) יתנודדו Subintelligendum
בראשם vid. Jerem. XVIII. 16.

LXV. 12.) עטרת Dav. Chytraeus ad
Deut. XI. 11. 12. pag. 273. seq. *Quod
Moses dicit, (scil. Deut. XI.) id Psalmus
(LXV.) Rhetorica expolitione & Synony-
mia illustrat, ac dulcissima Metaphora,
seu similitudine Coronae, ex floribus, tan-
quam annulis catenae, ex se mutuo contex-
tis, & dependentibus, omnes anni partes va-
riis fructuum generibus ornari docet, ut Vir-
gilius etiam canit: (Georgic. lib. II. sub fi-
nem.)*

Nec requies quin aut pomis exube-
ret annus,

Aut foetu pecorum, aut cerealis
mergite culmi,

Proventuque oneret fulcos, atque hor-
rea vincat:

Venit hyems, teritur Sycionia bacca
trapetis:

Glande fues laeti redeunt, dant ar-
buta sylvae,

Et varios ponit foetus autumnus,
& alte

Mitis

Mitis in apricis coquitur vindemia
faxis.

Haftenus Chytraeus, quibus addo ex
Ovid. de Ponto lib. III. eleg. 1. v. 11.

Tu neque Ver sentis cinctum floren-
te corona.

LXVI. 17. conf. Pf. CXLIX. 6.

LXVIII. 10. (נחלתך) Haec vox ad prius
membrum versiculi pertinet. vid.

LXX. Interpp.

LXVIII. 13. (וניה זגו) *Et habitatio domus*
(tentorium conventus) *divisit spolia.*

Videntur spolia coram Jehova in atrio
divisa fuisse. Ovid. Heroid. Epist. 1.

Ponitur ad patrios barbara praeda
Deos.

LXVIII. 17. (תרצרון) Idem quod תרצרון,
solemni permutatione literarum ע & צ,
conf. Pf. CXIV. 4. 6.

LXVIII. 19. (ונאף סוררים לשכן) *Et iram re-*
bellium quietam reddendo (quietam red-
didisti ex Arab. סכן.)

LXVIII. 20. *Benedictus sit Dominus quotidie*
(si enim quis hostium) *onus nobis imponit,*
Deus auxilium nobis praestat.

LXVIII. 31. (מתרפס וגו) *Conculcans in fragmenta fragmenti* (ex Arab. כסף) *disperge populos bellum amantes.*

LXIX. 11. 12. *Flevi cum jejunarem: & factum est opprobrium mihi; dedi vestimentum meum saccum; & factus sum illis proverbium.*

LXXI. 16. (אבוא) sic ελευσομαι, 2. Cor. XII. 1. occurrit.

LXXII. 17. (ויציצו) *Supplenda videtur post hanc vocem, vox מתים, homines.*

LXXIII. 4. *Nullae sunt tribulationes illis, integrum & firmum est robur eorum.* למותם distincte lego, quasi sint duae voces separatae, למו, *lamo*, illis, & תם *tam*, integrum. Reliqua ex Clerico desumfi.

LXXIII. 15. pro הנה legerem הטה, *ipsi:* aut crediderim hanc vocem ante הנה ob similitudinem excidisse. Versio: *si cogitassem, sicut illi* (improbi v. 5.), (ecce) *generationem filiorum tuorum deficere fecissem* (בגרתה transitive,) (scandalum ipsis praebendo.)

LXXIV. 3. *Attolle gressus tuos super vastationes* (vastatores) *in perpetuum &c.*

LXXV.

LXXV. 5. Hic rursus incipiunt verba
Pfaltis.

LXXV. 7. (מדבר הרים) Hypallage loco:
הרי מדבר. Ad totum hunc versum no-
tetur hoc Sophoclis in Oedip. Colon.

Αται κλονεσσιν αει ζυνεσαι,
αι μεν απ' αελιου
δυσμαν, αι δ'ανατελ-
λοντ', αι δ'ανα μεσσαν
ακτιν', αι δε νυχιαν απο ριπαιαν.

*Clades agitant semper convenientes, hae
quidem ab occasu, hae vero ab ortu solis, hae
a meridie, hae autem a nocturnis (monti-
bus) Ripaeis.*

LXXV. 9. (מסך) forte legendum : masach,
miscet.

LXXV. 12. (צדק משמים נשקה) Idem tra-
laticium loquendi genus habes in Sta-
tii Theb. lib. II. v. 358. seqq.

- - Sciat haec Saturnius olim
Fata parens, oculosque polo dimit-
tere si quos
Justitia & rectum terris defendere
curat.

LXXVI, 11. (תחנך) LXX. legerunt תחנך.

LXXVIII, 25. (לחם אברים) Poëtica Phra-
sis

sis in laudem Mannae. Sic Homero familiare est dicere :

οψα τε οια εδασι Διοτρεφες βασιλεις.

opsonia qualia edunt a Jove nutriti reges.

LXXVII. 26. Non nimis urgenda sunt ventorum nomina in poëtica descriptione. Eurus & auster h. l. pro quolibet vento vehementi. conf. Cleric. in Diss. de Maris Idumaei traiectione, comment. ejus in Pentat. subjuncta.

LXXVIII. 41. (התו) est a תו, quod Syris usitatum & significat : poenitere. h. l. itaque in Hiphil : *poenitere fecerunt.*

LXXVIII. 49. (משלח מלאכי רעים) *Nuntium* (NB in neutro genere) *nuntiorum malarum* (rerum).

LXXVIII. 60. Mutatis punctis reddi potest : *Deseruit habitaculum quod ipsi (erat) ; tentorium (in quo) habitabat (aut : quod erexit) inter homines.*

LXXVIII. 64. (ולא תבכינה) Non plorabunt, aut plorare poterunt dolore lacrymas superante.

Fine carent lacrymae, nisi cum stupor obstitit illis

& similis morti corpora torpor habet,

ut

ut Ovid. canit de Ponto. lib. I. eleg. 2.
v. 29. 30.

LXXVIII. 65. *Et excitatus est, sicut dormiens, Dominus: (excitatus est) sicut fortis, qui exclamat, quando vino indulget.*

LXXX. 7. מרון) *contemptui* ex Arab. rad. רון significatu.

LXXX. 7. למו) *forte* πλεοναζει.

LXXXI. 6. *Cum expeditionem susciperet (Deus) contra Aegyptum; (contra) sermonem: (abstractum pro concreto, i. e. Pharaonem dicentem:) Nescio (quem) audire debeo. vid. Exod. V. 2.*

LXXXII. 7. וכאחד השרים) *Et sicut unus ex rebellibus (a rad. סור) aut: ex pauperibus (a rad. רוש per metathesin.)*

LXXXIII. 12. נסכימו) *Reges aut principes eorum a rad. נסך vid. Cleric. ad Pfal. II. 6.*

LXXXIV. 6. מסלור) *legerem: masluth, tranquillitas, ex Arab. סלו & Hebr. שלר.*

LXXXIV. 7. *Transseuntes per vallem fletus, stationem (ex Arab. עין) (sibi) ponunt ipsum (Deum): etiam benedictiones largietur (ex Arabismo) (ipsis) amaritudo.*

LXXVII. 7. Haec rursus sunt verba Dei sic reddenda : & cantores aequae ac tibi-
cines (erunt) omnes incolae mei (a מעון
habitaculum) in te (o Tſion.) In tem-
plo Hierosolymitano cantores & tibi-
cines tantum Levitae erant, in Eccle-
ſia novi Testamenti autem omnes Chri-
ſtiani.

LXXXVIII. 16. אפונה) Quid ſi legeres
אפונה, deliquium paſſus ſum ? Poſſit ve-
ro etiam ab אפן, rota, deduci, ut אנושה
ab אנוש, Pf. LXIX. 21. vel hoc ſenſu :
è ſtatu felicitatis in calamitates inci-
dendum illud Senec. Trag. Thyeſt. v.
615. ſeqq.

rotat omne fatum.

vel, ut apud Plautum : Ciftell. II. 1.
v. 4.

Jactor, crucior, agitor, ſtimulor, ver-
for in amoris rota miſer.

vel, ſenſu metaphorico, quaſi David
idem ſe paſſum eſſe profiteatur, ac ſi
rota membra ejus contrita fuerint, qua-
lem calamitatem Valer. Flaccus Argon.
lib. 6, v. 425. ſeq. ita deſcribit

- il-

- illum acies curvae fecat undique
falcis

Partiturque rotis.

aut tandem sensus est : Ich bin als
wann ich wäre geradbrecht worden.
ita ut ad rotæ supplicium respexerit. de
quo ad Prov. XX. 26. Interpretes agunt.
Ceterum de rota, cruciatus instrumen-
to, legi potest Gallonius de cruciatibus
Martyrum. cap. 2.

LXXXVIII. 19. (מחשיך) *cohibens.*

XC. 11. 12. *Quis novit robur iræ tuæ ? &*
(quis novit) *secundum timorem Tui ex-*
candescentiam tuam ? Numerando dies no-
stros, (eorum brevitatem & molestiam

expendendo) $\left\{ \begin{array}{l} \text{sic} \\ \text{probe} \end{array} \right\}$ *notum (hoc no-*

bis) *fieret (הודע lege : huda, in Hy-*
phal) & venire faceremus cor (nostrum)
ad sapientiam. Versiculi Solonis a Cle-
rico ad h. l. notari, legi possunt & apud
Clem. Alex. lib. VI. Strom.

XCIV. 7. (עם מרעיתו וצאן ידו) loco: עם
מרעיתו וצאן ידו vid. Psal. C. 3. Est Syn-
chyfis.

XCVIII. 4. (פצחו) Hac voce apud Syros
D 5 & Arab.

& Arab. designaturi hilaritas, quae fronte serena ostenditur.

CII. 7. 8. Eurip. Iphig. Taur. v. 1089. seqq.

Ορνις, α παρα τας πετρινας
Ποντου δειρατας, αλκυων,
Ελεγον οιτον κειδεις,
Ευξυνετον ξυνετοισι βοαν,
Οτι ποσιν κελαδεις κει μολπαις
Εγω σοι παραβαλλομαι
θρηνας, απτερος ορνις.

O avis, quae circa saxeos Ponti scopulos, Halcyon, lugubre fatum canis, voce quae a prudentibus facile intelligi potest, qui maritum semper lugens cantibus: Ego tibi comparor luctu, sine alis ales. Novi quendam qui loco $\eta\eta\eta$ vult legere $\eta\eta\eta$.

CX 2. Sceptrum roboris tui misit tibi Jehova: (i. e. potestatem imperandi cum robore tibi contulit Pater coelestis. Metaphora est, a sceptro tradito vel misso eis, quibus imperium conceditur.) (quare) ex Tsione dominare in medios hostes tuos. conf. LXX.

CX. 7. De torrente in via bibet, (scil. $\psi\eta\eta$ $\eta\eta\eta$ $\eta\eta\eta$) quia extollet caput suum (contra Messiam.) Si per illud $\psi\eta\eta$ $\eta\eta\eta$ Neronem intelligas, videbis, accurate

te

te hoc respondere narrationi Suetonii de interitu ejus, refert enim. cap. 48. eum in fuga aquam ex lacuna ad extinguendam sitim manu hausisse.

CXI. 2. (דררשים וגו) *Quaesita propter omnes delectationes ipsorum. i. e. opera Dei a sapientibus semper inquisita sunt, quia delectationi sunt inquirentibus illa.*

CXII. 5. (יכלכל וגו) *Sustinebet (justus) negotia sua in judicio. Sensus est: vir benignus non damnabitur in judiciis. Nisi mavis ex Chald. usu vertere: metitur res suo judicio i. e. aequus est.*

CXVIII. 27. *Ligate victimas festivales funibus usque ad cornua arae. Stylo poetico scripta haec sunt, quasi dicat: Deesse locum propter nimiam multitudinem victimarum, ubi ligari queant, adeoque necesse esse, eas ad arae cornua alligari.*

CXIX. 53. (זלעפה) *Proprie: procella; metonymice: horror.*

CXIX. 61. (עודני) *Edm. Castellus in Lexic. Heptagl. ex Aethiopica lingua reddit: circumdederunt me.*

CXIX. 96. *Omniū rerum, quas pro perfectis habent homines, finem vidi. Sic nos finem*

finem vidimus Philosophiae Platonicæ, Aristotelicæ, Cartesianæ & forsitan Wolfianæ videbimus, verbum Dei autem permansit & porro permanebit.

CXIX. 172. *Respondeat lingua mea sermonibus tuis* (obsequendo nempe. conf. exemplum Samuëlis 1. Sam. III. 10.)

CXXVIII. 2. *Etiamsi cibum labore tuo partum comedes, (tamen) felix beatusque eris.*

CXXIX. 6. (שֵׁף) Vox cognata Arabica Exod. IX. 31. in versione Arabica, respondet voci Hebr. גבער.

CXXIX. 8. conf. Ruth. II. 4.

CXXX. 2. *Nonne in ordinem redegi & sedavi animam, sicut puerulus lactans super (gremio) matris suæ (sedatur) ? omnino sicut infans lactans (sedata est) super meo (gremio) anima mea.*

CXXXIII. 1. (גם יחד) Non solum in iisdem aedibus, sed & ομοθυμαδον.

CXXXV. 18. (כמוהם) Lactant. lib. 1. cap. 20. in fine, de cultoribus Dei, cui Termino nomen est : *Et huic ergo publice supplicatur, quasi custodi finium, Deo qui non tantum lapis, sed etiam interdum stipes est. Quid de iis dicam qui colunt talia ? nisi ipsos*

ses

fos potissimum lapides ac stipites esse. Similiter apud Prudentium, Eulalia Martyr, Peristeph. hymn. III. v. 76. seqq. ita fatur :

*Isis, Apollo, Venus nihil est,
Maximianus & ipse nihil:
Illa nihil, quia facta manu,
hic, manuum quia facta colit,
frivola utraque, & utraque nihil.*

CXXXVII. 2. (תלינו כנורותינו) i. e. cessabamus citharas pulsare, sic Horat. lib. III. od. 26.

Barbiton hic paries habebit.

CXXXVII. 5. (תשכח ימיני) *obliviscaris* (O Deus) *dextrae meae*, ut scil. eam apprehendas auxilio tuo. Ps. LXXIII. 23.

CXXXVII. 9. Ovid. Metam. lib. IV.

Deque finu matris ridentem, & parva Learchum

Brachia tendentem, rapit, & bis terque per auras

More rotat fundae, rigidoque infantia faxo

Discutit ora ferox. - -

CXXXIX. 9. *Sumerem alas auroae* (i. e. si conferrem me ad ortum solis) (aut si) *habi-*

habitarem in ultimo mari (ad occasum solis) &c.

CXLI. 5. 6. *Contundat me justus benigne & increpet me : oleum impii (pro רשע cum LXX. lego רשע) ne pinguefaciat (ex Arab. נוי, sic etiam LXX.) caput meum: nam adhuc (erit tempus) judicii (תפלהי cum י paragog.) propter mala ipsorum (impiorum.) Praecipitentur in lateribus petrae iudices ipsorum & audient (justi) verba mea amoena. (Psalmos meos in clades ipsorum compositos.)*

CXLIII. 9. *נסייתי (כסיתי) LXX. legerunt נסייתי & recte, ut videtur. כ & נ in MSS. fere distingui nequeunt.*

CXLVII. 1. 2. *Laudate Iah, quia bonus : psallite Deo nostro, quia amoenus : decora laude (απο κωνε : psallite Deo nostro, quia) aedificat Jerosolymam &c.*

PROVERB.

V. 9. *לאכזרי (crudeli , marito nempe adulterae , qui te occidet florente aetate.*

VI.

VI. 11. Similis Proſopoeia apud Martial,
lib. VIII. epig. 56, v. 9. 10.

- - paupertatemque malignam
reppulit, & celeri juffit abire pede.

VII. 11. 12. Electra apud Euripid. Electr.
v. 1072. ſeq.

Γυνή δ' ἀπόντος ἀνδρός, ἠτίς ἐκ δόμων
Εἰς κάλλος ἀσκει, διαγράφως ἔσαν κακῆν.

VII. 22. עכס) lege : acys, Particip. paul.
& sicut compedibus vinctus.

VII. 24. ער יפלה חץ ככרו) Sensus : us-
que dum violenta morte a marito adulterae
interficietur. Medea apud Eurip. Med.
v. 379. in casu affini, ita minatur :

Θηκτον ὡσω Φασγανον δ'ηπατος.

jecur autem videtur ideo nominari,
quia illic sedem amoris esse crede-
bant.

VIII. 18. עתק) videtur esse substantivum:
senectus.

VIII. 26. Antequam fecerat terram & lapillos
(ex sign. יצח, Prov. XX. 17.) & elemen-
ta pulvereae terrae.

IX. 8. Non reprehendes irrisorem, quin te odio
habeat :

habeat : corripuens autem sapientem, amaberis ab ipso.

IX. 12. (ולצת) & si eris irrisor.

X. 10. (קרץ עין וגו) Sic Mercurium, fur-
tum, quod commiserat, negantem, de-
scribit Homerus, Hymno in Mercu-
rium.

- - πυκνον απο βλεφαρων αμαρυστων,
οφρυσι ριπταζεσκειν, ορωμενος ενθα και ενθα.

*Frequenter ex palpebris radios micantes emit-
tens, superciliis projiciebat, inspiciens hinc &
hinc.*

X. 21. *Labia justi grata acceptaque habent
(ex Chaldaismo) multi. &c.*

XI. 18. *Impietatem exercenti, erit merces in-
animitatis ; verum ferenti justitiam, erit mer-
ces vera.*

XII. 7. *Evertendo (evertentur) improbi, ut
non amplius sint, sed &c.*

XII. 27. *Edm Castellus in Lex. sub radi-
ce. חרך : חרך, cremavit, ussit, adussit,
combussit, assavit, ambussit assando : obsep-
sit cancellis, clausit (εργω) clathris arctis
& circumseptis. Fut. יחרך, Prov. XII. 27.
Mos erat ut aucupes avium captarum
alas adurerent, ne aufugerent ab iis : &
quo*

quo emtoribus pulchriores conspicerentur, non detruncatis alis, sed paululum adustis: Metaph. notavit divitias fraude conquisitas cito perituras, quemadmodum cito aufugit avis, cujus alae non sunt adustae. Jos. Kimchi: *Malim ex 2. sign. interpretari non includet, (consequetur.) Ita LXX. Ch. Syr. Ar. Vulg quasi idem q. ערע. alternant enim saepe ע, כ, & ח. Haec Castellus Posteriorius membrum hujus versus ita reddendum: sed divitiae (quales habet) homo excellens (erunt) sedulo.*

XIII. 22. *Multus cibus in agro principum: sed absumitur (ille cibus) dum jus negligunt (illi principes.)*

XIV. 25. *Eripit exitio vitam testis veritatis verum (testis, qui) profert mendacia defraudat. (lege: marme in Hiphil ut respondeat טו מציר.)*

XIV. 34. Hesiod. Eργ. 223. 225.

Οι δε δικας ξεινοισι και ενδημοισι διδασιν
 Τοισι τεθηλε πολις, λαοι δ' ανθρυσιν εν
 αυτη.

XVI. 33. *Locis de fortitione veterum a Clerico h. l. adductis adde plane eximium*

E

mium

mium ex Anton. Liberal. Metam. cap. 10. qui de filiis Minyae ita : κληρους εις αγγος εμβαλουσαι, ανεπηλαν' επει δε ο κληρος ΕΞΕΠΕΣΕ κ. τ. λ.

XVII. 7. כִּי הֵן) *ita etiam* (non decet) &c. Isocrat. ad Nicocl. Δια παντος του χρονου την αληθειαν ετω φαινου προτιμων, ωσε πισοτερους ειναι τους σεσ λογες, η τους των αλλων ορκους. Arrianus in Praef. de Ptolemaeo : αυτω βασιλει οντι αμαχροτερον ητω αλλω ψευσασθαι ην.

XVII. 11. יְיָ הָיָה) Talis nuntius erat Benaja a Salomone ad Joabum rebellem missus. 1. Reg. II. 29.

XVII. 22. פֶּה) loco פֶּה, *interius corporis*.

XVII. 23. conf. cap. XXI. 14.

XVII. 26. Similis constructio Hebr. est cap. seq. v. 5.

XVIII. 22. *Qui nactus est* (bonam) *uxorem, invenit bonum & exire fecit favorem a Deo* (sibi), h. e. certus est, Deum sibi favere.

XVIII. 23. Theogn. v. 177. seq.

Πας γαρ ανηρ πενιη δεδμημενος, ετε τι ειπειν, ουδ' ερξαι δυναται· γλωσσα δε οι δεδεται.

XVIII. 24. *Quidam* (habet) *amicos sibi ipsi*
in

*in malum : sed dantur etiam (amici),
qui magis constanter amant, quam fratres.
Est elegans heic lusus verborum רעה
& רוע.*

XIX. 7. (מרדה ונו) (etiam si) *persequatur*
(illos recedentes) *verbis* (admonens,
ut maneant) (tamen) *non* (revertentur)
ipsi.

XIX. 14. Simonides in Jambis de bonis
mulieribus:

Τοιας γυναίκας ἀνδρασιν χαρίζεται
Ζεὺς τὰς ἀρις καὶ πολυφραδέστατας.

XIX. 24. conf. cap. XXVI. 15.

XIX. 25. *Derisorem percutias & (derisor
qui est) simplex fiet prudens : sapientem
autem (tantum) arguens, peritior fiet.*
conf. cap. XXI. 11.

XX. 3. (שבת) lege : Schebhoth, infin. a
rad. שבת,

XX. 16. conf. cap. XXVII. 13.

XX. 21. (מבחלת) *Tenaciter retenta : Ex*
Arab. בחל.

XX. 25. *Laqueus est homini, cupido & in-
considerato (sicut Jephthes fecit, aut et-
iam mendaci animo ex Arab. וליע) conse-
crare (lege : Kaddeisch, infin. Piel)*

E 2

(Deo

(Deo aliquid) & post vota inquirere (an sint servanda) conf. LXX.

XXI. 3. Isocrat ad Nicocl. ηγου τουτο ειναι θυμα καλλισον, και θεραπειαν μεγαλην, εαν ως βελτισον και δικαιοτατον σεαυτον παρεχεις. μαλλον γαρ ελπις τους τοιχτους, η τους ιερεις πολλας καταβαλλοντας, πραξειν τι παρα των θεων αγαθον.

XXI. 4. *Altitudo oculorum & superbia cordis, quae lucernae instar (ad quam vitam suam dirigere debeant) habentur ab improbis, sunt peccatum.*

XXI. 6. *Comparatio thesaurorum lingua mendaci facta, est inanitas, vel a vento dissipanda, hominum quaerentium mortem.*

XXI. 11. conf. cap. XIX. 25.

XXI. 14. conf. cap. XVII. 23.

XXI. 28. *Testis falsus peribit, & testis auritus in perpetuum peribit.* De signif. per dendi rad. כרר consule vel Buxtorffii Lex. minus. Dictum Rabbinorum parallelum habes hoc in Schöttgen. Hor. Hebr. ad Joh. XX. 29. *Vae filiis hominum, qui aliquid testantur, quod non vident.*

XXII. 4. *Merces humilitatis in timore Jehovae &c.*

XXII.

XXII. 18. *Nam amoenum (est), si illa*
(דברי חכמים v. praeced.) *servaveris intra*
te &c.

XXII. 20. (שלשום) legendum : schil-
fchom, *nudius tertius* i. e. jam ante hoc
tempus. opponitur τω היום in v. prae-
ced.

XXIII. 5. Eurip. Electr. v. 943. seq.

Ο δολβος αδικος και μετα σκαλων ξυνων
Εξεπτατ' οικων - -

XXIII. 29. (שיח) *Clamor, garrulitas.* Lu-
cret. lib. 3.

Denique cur hominem, cum vini vis
penetravit &c.

Nant oculi? clamor, singultus, jur-
gia gliscunt?

XXIII. 35. (certe) *percusserunt me, nonne*
enim dolorem sensi? (certe) contuderunt
me, nonne enim cognovi, quando expergesa-
ctus sum? Num (ergo) quaeram illud (vi-
num) amplius?

XXIV. 3. Eurip. Bach. v. 389. seqq.

- το φρονειν ασα-
λευτον μενει και συνεχει
δωμα - -

XXIV. 5. *Vir sapiens in fortitudine (i.e. fortis) existit, & vir peritiae auget vires (suas.)*

XXIV. 5. *Quando in astutiis fiet tibi bellum, salus erit (tibi) in multitudine consiliorum.*

XXIV. 11. (אם תחשור) *Si cohibere potes (ab illis necem.)*

XXIV. 21. (שׂוֹנִיָּה) *Mutationem (in regimine) amantes, i. e. rebelles.*

XXIV. 22. (שְׁנִיָּהוּ) *Consiliorum de mutando regimine. vid. ad v. praeced. notata.*

XXV. 2. *Isocrat. ad Nicocl. Δεινός μὲν φεαυού, τῷ μὲν σε λαυθαίνει τῶν γιγνομένων.*

XXV. 4. (וַיֵּצֵא לְצַרְףּ בְּלִי) *Et exhibit in puritatem (i. e. purum) vas.*

XXV. 5. *Remove impium (qui est) coram rege.*

XXV. 11. (עַל אִפְנֵי) *Temporibus suis, ex Arab. signif. vid. Castelli Lex.*

XXV. 13. (כַּצְנָה שֶׁלֹּג) *sicut scutula (impleta) nive. צְנָה est scutum, inde צִנְצָנָה Exod.*

XVI. 33. & contracte צְנָה, scutula, conf. Gussel, Comment. L. E. ad h. v.

XXV. 15. *Longanimitate dilatatur (i. e. crescit.*

VIXX

ε β

scit, vid. Cleric. ad Genes. IX. 27. aut ex
sign. Aethiop. rad. פתו : *gratus est*)
princeps ; & lingua mollis frangit ossa (i.
e. durissima.)

XXV. 20. Sensus est : Remotio vestium
in frigore, acetum super nitro fufum,
& cantica cantata homini tristi, esse
absurda.

XXV. 27. *Comedere mel multum non est bo-
num : & investigatio rerum gravium*
(כבדו lege : cebhodim ᾿ ante ם per
syncopen exciso) *gravis est.* conf. cap.
XXIV. 12. 14.

XXVI. 17. *Adprehendit canem auribus, qui
praeteriens, se transire facit ad litem non
suam.*

XXVI. 26. *Qui tegit odium sermone, (a נשׂו
protulit) ejus malignitas revelabitur in
coetu hominum.*

XXVII. 14. Plaut. Afin. Act. II. sc. 2.
v. 30.

Jubeo te salvere voce summa quoad
vires valent.

XXVII. 16. קרא) h. l. est *collegit* ex A-
rab.

XXVII. 17. פני in h. versu πλεοναζει.

XXVII. 19. *Sicut aqua faciem secundum faciem : ita cor hominem secundum hominem.*

XXVIII 3. *Vir qui expellit (א ירש) & opprimit pauperes, similis est &c.*

XXVIII 6. *עקש דרכים*) *Pervertens vias duas Bonam scil. virtutis, in malam, & malam vitiorum, in bonam. Has vias describit Barnabas in Epistolae, quae sub ejus nomine fertur, parte altera, ubi conf. notas Hugonis Menardi.*

XXVIII. 12. *יחפש*) idem quod *יסתר* vid. v. 28. h. cap.

XXIX. 11. *Totum adfectum suum patefacit stultus : sed sapiens differendo (infinit. verbi אחר) sedat illum.*

XXIX 18. *יפרע*) *negligens fit. Vid. ad Exod. XXXII. 25. notata.*

XXIX. 21. *Delicate educans servum suum, postea erit spreus (ab eo). מנן in Aethiop. ling. est spernere, ut מנן possit esse Partic. Paul.*

XXX. 7. *שתים*) *prius est : remotio mendaciorum ; posterius : sufficiens cibus.*

XXX. 9. *פן אש ע*) *Pindarus Olymp. od. I. de Tantalo :*

κατα-

πρῆσαι μεγαίολβον ουκ εδυνασθη' κορω δ' ελεν
αταν υπερπλον.

*Concoquere magnam felicitatem non potuit :
saturitateque accepit noxam ingentem.*

XXX. 9. (והפשתי) *Et reprehendam : ex usu
Chald.*

XXX. 3. *Terentius : est genus hominum, qui
esse primos se omnium rerum volunt.*

XXX. 15. *Hirudini (sunt) duae filiae : da,
da. Per Hirudinem intelligas meretricem,
quae nullis donis satiari potest, sed semper
quasi clamat : da da. Numerus binarius h. l.
pro quavis pluralitate positus est. Huc faciunt
sequentia loca Poëtarum. Clitipho apud Terent.
Heaut. Act. II. sc. 1.*

*Magis nunc me amicae dicta stimulant :
da mihi atque affer mihi.*

*Phaedromus adolescens hirudini comparat
meretrices, cum apud Plautum, Curcul. Act. I.
sc. 2. v. 65. de amica sua :*

Quae mihi misero amanti ebibit sanguinem.

E 5

Simi-

Similiter Lydo in ejusdem Bacchid.
Act. III. sc. I. v. 5.

*Apage istas a me sorores, quae hominum
sorbent sanguinem.*

Infatiabilem munerum cupidinem, qua
meretrices laborant, eleganter descri-
bit Martial. lib. XI. epigr. 50. Lege et-
iam, si placet, Ovid. Amor. lib. I. eleg. 8.
qui inter alia :

*Et soror & mater, nutrix quoque carpat
amantem.*

quod luculenter declarat, quae sint
illae filiae semper clamantes da, da.

XXX. 21. *Propter tria concremescit terra; imo
propter quatuor non potest attollere (faciem
vid. Genes. IV. 7.)*

XXX. 31. *Et Rex (contra quem) non sur-
gere (rebellare) (audet) populus suus.*

XXXI. 6. 7. Horatius lib. III. od. 21. de
vino :

Tum spem reducis mentibus anxiis
Viresque : & addis cornua pauperi.

XXXI. 8. (חלף) in lingua Arab. haec ra-
dix de juramentis & foederibus usurpa-
tur quod h. l. apprime convenit.

XXXI,

XXXI. 18. (לא נבכה בליל נרה) Ovid. Fast.
lib. II.

Inde cito passu petitur Lucretia,
cujus
ante thorum calathi, inaque mol-
lis erat.

LVMEN AD EXIGVVM famulae
data pensa trahebant,
inter quas tenui sic ait illa sono:
Mittenda est domino (nunc nunc
properate puellae)
quamprimum nostra facta lacerna
manu.

XXXI. 21 Periplectomenes apud Plautum
Mil. glorios. Act. III. sc. I. v. 91. seqq.

*Nam bona uxor, si ea quidem deducta est
usquam gentium,*

*ubi eam possim invenire? verum egone
eam ducam domum?*

*quae mihi nunquam hoc dicat: eme, mi
vir, lanam unde tibi pallium*

*malacum & calidum conficiatur, tunicae-
que hibernae bonae,*

ne algeas hac hieme.

EC-

ECCLES.

II. 16. (וַאֲנִי) & *similiter.*

III. 18. *Cogitavi apud me de conditione hominum, creasse scilicet eos Deum, ita ut ipsi sibimet ipsis videantur pecudes.*

IV. 2. 3. Aufonius:

Optima Grajorum sententia, quippe homini ajunt

Non nasci esse bonum, natum aut cito morte potiri.

V. 7. (גְּבוּהִים) scil. אֱלֹהִים.

V. 8. *Emolumentum autem terrae in univ. sum hoc est: rex serviens (incolis) terrae (suae.)*

V. 9. (תְּבוּאָה) הַּ videtur esse locale, ita ut sensus sit: *qui amat copiam, non veniet iluc, i e. non adipiscetur.*

VII. 17. (תְּרַשַׁע) videtur legendum esse in Hiphil: *damnes.*

VII. 18. (בִּזְוָה) quod dixit v. 16. (מִזְוָה) quod proposuit v. 17.

IX. 11. (פָּנַע יִקְרָה אֶת כָּל־) Appulejus de dogm. Plat: *Instabile quiddam & incurrens intercedere ea solet, quae consilio fuerunt & meditatione suscepta, quod non patitur meditata ad finem venire.*

X. 1.

X. 1. יביע) *dedecore adficit* ex Arab. עוב.

X. 2. Sophocl. Aj. Flagel.

ουποτε γαρ φρενοθεν γ'ετ' αριστερα
 παϊ Τελαμωνος εβας.

Ubi Scholiastes : αριστερα οι παλαιοι τα μω-
 ρα εκαλουν, δεξια δε τα συνετα.

X. 14. *Stultus multiplicat verba de rebus ,
 quae nescit homo , (dicens semper :) Quid
 futurum est ? Quod futurum (enim) est ,
 quis indicabit ipsi (stulto) ?*

X. 18. Plautus , Mostell. Act. I. sc. 2. v.
 23. seqq.

Atque ubi illo immigrat nequam ho-
 mo indiligensque
 cum pigra familia, immundus, in-
 strenuus

hic jam aedibus vitium additur,
 bonae cum curantur male.

Atque illud saepe fit, tempestas venit,
 confringit tegulos imbricesque : ibi
 dominus indiligens reddere alias ne-
 volt,

venit imber, lavit parietes, per-
 pluunt

tigna, putrefacit aër operam fabri,
 nequior jam factus est usus aedium.

X. 20.

X. 26. De columbis tabellariis, quarum in Syria usus est, de quibus Interpretes ad h. l. cogitant, lege Domini a Troilo Itiner. Germ. 8. Lips. edit. pag. 610. seqq. qui omnium accuratissime hunc morem describit. Ceterum compara cum Salomone Ovidium Metam. lib. II.

sed ales sensit adulterium &c.

XI. 7. Eurip. Iphig. Aul. 1250. seqq.

Το φως τοῦ ἀνθρώποισιν ἡδιστὸν βλέπειν,
τὰ νεῖθε δ' ἄδεισ' μαινεται δ' ὅς εὐχεται
θανεῖν. Κακῶς ζῆν κρείσσον ἢ θανεῖν καλῶς.

XII. 3. Die, quo contremiscunt custodes domus, & pervertent se viri fortes. Sensus: in senectute viri illi quondam strenui, qui in aetatis flore domum suam adversus hostes fortiter defendere potuerunt, corpore tremunt, animo timent, & viri antea fortissimi in senectute se invertunt, imbecilles debilesque evadunt. Hinc Juvenalis Sat. X. senem *dissimilem sui* nuncupat; merito etiam Lucanus viris juvenibus, per bellum Romanorum civile, abreptis, dolet

nul-

- - - nulloque domus custode te-
nentur.

Summam rei habes in illo Menan-
dri :

απαντ' αφανισει γηρας ιχθυ σωματῶ.

XII. 3. ארבות) Sunt aperturae exteriores
in cute, per quas oculi partes interio-
res vident, & videntur, quaeque apte
fenestris comparari queunt.

XII. 4. וסגרו דלתים בשוק) Sensus est :
Senes domi remanent. Affinis est phra-
sis Horatiana lib. I. od. 25.

- - amatque
Janua limen.

XII. 4. וישתו כל בנות השיר) Nota est
phrasis בת קול, quae proprie denotat
motum a sono alterius rei in aure ex-
citatum, quia tanquam filia a matre
producitur. Filiae cantici itaque ni-
hil aliud sunt, quam tales motus in
aure qui alio cantante oriuntur. Hi
dicuntur h. l. deprimi i. e. depressum
minusque clarum videri cantum seni-
bus, quamvis alta voce canatur :

Nam

Nam quae cantante voluptas?
 sit licet eximius Citharoedus, sitve
 Seleucus,
 & quibus aurata mos est fulgere la-
 cerna.

Quid refert magni sedeat qua parte
 theatri,
 qui vix cornicines exaudiat, atque
 tubarum
 concentus? clamore opus est ut sen-
 tiant auris,
 quem dicat venisse puer, quot nun-
 ciet horas.

Juvenal, Sat. X.

XII. 5. *Et spernet amygdalam & gravem sibi
 ducet locustam.* amygdalae referuntur a
 Jacobo inter *αιδιμα* terrae Canaan Ge-
 nef. XXIII. 11. & Gellius lib VII. cap.
 16. inter genera edulium, quae profunda in-
 gluvies vestigavit, nuces Thasias recenset.
 Nucem Thasiam autem ipsam amyg-
 dalam esse probat Macrobius Saturnal.
 lib. III. cap. 18. his verbis: *Nux grae-
 ca est, quae & amygdala dicitur, sed & Tha-
 sia eadem nux vocatur.* Locustae inter
 esculenta referuntur Levit. XI. 22. &
 quantum constare videtur, cibus erat
 durior

durior ac concoctu difficilior. Plinius Hist. natur. lib. 6. cap. 30. *Fars quaedam Aethiopum locustis tantum vivit, fumo & sale duratis, in annua alimenta.* Similia habet Srrabo. lib. XVII. pag. 733. edit. Basil. 1549. fol. Ex haectenus dictis sensus verborum Salomonis hic esse videtur: *Senes destituuntur appetitu cibi vel delicatioris ac spernunt eum, durio-riorem autem plane rejiciunt onerique sibi ducunt.*

XII. 5. ותפר האביונה) Horat. lib. II. od. 11.

= fugit retrō

Levis juvenas & decōr arida
pellente LASCIVOS AMORES
canitie, facilemque sōmnum.

Nemesianus Ecloga 1. v. 13.

*Nunc album caput & VENERES tēpuere
sub annis.*

XII. 5. בית עלמו) Theseus in Senec. Hippol. v. 1236. tellurem alloquitur:

= = *recipe me aeterna domo.*

Phocylides:

Κοινα μελαθρα δομιων αιωνια και πατρεις αδης.

F

XII. 6.

XII. 6. ותשבר וגו) *Quum frangetur hydria ad fontem & confrigetur rota ad puteum.*
 Per fontem & puteum aut potius aquam fontis ac putei indicantur res ad vitam hominum necessariae v. c. aër, cibus, potus; per hydriam & rotam organa corporis humani his rebus assumendis, ac digerendis, destinata, pulmones scil., dentes, lingua, oesophagus &c. per fractionem denique, successiva horum organorum in senili corpore destructio.

XII. 7. Lucretius lib. II.

Cedit item retro de terra quod fuit
 ante
 in terras, & quod missum est ex aetheris oris
 id rursus coeli rellatum templa receptant.

Eurip. Suppl. v. 532. seq.

οθεν δ' εκκυσον εις το σωμ' αφικετο
 ενταυθ' απηλθε, πνευμα μεν προς αιθερα,
 το σωμα δ' εις γην. - -

Elegantissimi sunt tandem Phocylidis
 versiculi qui & heic legi merentur:

Και

Και ταχα δ' εκ γαιης ελπιζομεν ες Φαος
ελθειν,

λειψαν' αποιχομενων, οπισω δε θεοι τελε-
θονται.

ψυχαι γαρ μιμνουσιν ακηριοι εν φθιμε-
νοισι,

πνευμα γαρ εσι θεου χρησις θνητοισι και
εικων,

σωμα γαρ εκ γαιης εχομεν, και παντες ες
αυτην

λυομενοι κονις εσμεν* αης δ' ανα πνευμα δε-
δεικται.

XII. II. *Verba sapientum (sunt) sicut acu-
lei, & sicut clavi infixi (sunt) collectio-
nes sententiarum (quae) traduntur ab in-
genio excellenti.* Nota : ספורה בעל
transtuli : *collectiones sententiarum*, qua-
les sunt Proverbia Salomonis & ex par-
te Ecclesiastes, videtur enim mihi, haec
verba esse titulum librorum sententia-
rum. Tales librorum inscriptiones
frequentes sunt apud Judaeos. v. c.
בעל הלשון, בעל הטורים, בעלי החיים,
בעלי החרומות, בעלי הנפש, בעלי הכפל,
& hic ipse titulus: בעלי ספורה. vid.
Wolffii Biblioth. Hebr. Tom. I. Vo-
cem רעה reddidi : *ingenium*, ex Chald.
& Syriaco usu, ubi mentem, animum,

cogitationem, &c. denotat. Vocem denique נחך ex Arabismo verti, possit vero etiam reddi cum praedente voce: *ex ingenio acuto*: ab affini rad. Hebr. נחך.

XII. 12. *Superest, praeter jam dicta, o fili, ut admonitus (etiam) sis, conscriptionis librorum supra modum, non esse finem &c.*

CANTIC.

II. 17. Virgil. Aeneid. III. 589.

humantemque aurora polo dimove-
rat umbram.

V. 2. Ovid. Amor. lib II. eleg. 19.

Et sine me ante tuos projectum in li-
mine postes

longa pruinosa frigora nocte pati.

V. 10. Narcissus in se ipso miratur apud
Ovid. Metam. lib. III.

- eburnea colla decusque
oris & in nive mistum candore ru-
borem.

V. 11. תלתלים) *libere pendentes*, a rad. תלה. Anacreon ita pingi curat Bathyl-
luch suum:

Αἴτω

Λιπαράς κομᾶς ποιῆσον,
 τὰ μὲν ἐνδοθεν μελαινας,
 τὰ δ' ἐς ἄκρον ἠλιώσας,
 ἑλικᾶς δ' ἐλευθερᾶς μοι
 πλοκαμῶν ἀτάκτα συνθεῖς,
 ἄφες ὡς θελάσι κείσθαι.

Apprime etiam huc facit locus Appuleji, qui legitur Metam. lib. V. ubi de Psyche, Cupidinem intuente, ita scribit: *Videt capitis aurei genialem caesi-riam, cervices lacteas genasque purpureas pererrantes crinium globos, decoriter impeditos, alios antependulos, alios retropen- dulos.*

VII. 7. Sic Polyphemus de Galatea apud Ovid. Metam. lib. XIII.

- - *longa procerior alno.*
- - *platano conspectior alta.*

JESAIAS.

I. 15. Hector apud Homer. Iliad. Z. 267. seq.

- - ἄδεπῃ ἐσι μελαινεφει κρονιωνι
 βιματι και λυθρω πεπελαγμενον ευχετα
 αωθαι.

F 3

Am-

Amphitryon Herculi ad preces se paranti, apud Senec. Herc. Fur. v. 917.

- - Nate, manantes prius manus cruenta caede & hostili, expia.

I. 17. אֲשֶׁר חָמוּץ) *erigite oppressum.* Vox posterior videtur particip. paul esse.

I. 21. *Quomodo facta est meretrix civitas fidelis, plena judicio!*

II. 22. conf. Genes. II. 7.

III. 10. *Dicite justis: quod bonum, quod fructus operum suorum comederint.*

III. 16. וַיֹּאמֶר) *Porro dixit.* Quod ad descriptionem filiarum Tſionis attinet, Eurip. filiam Creontis ita depingit, Med. v. 1163. seqq.

- - αβρον βαινουσα παλλευκω ποδι
Δωροις υπερχαιρουσα πολλα πολλακις
τενοντ' ες ορθον ομμασι σκοπουμενη.

Delicate incedens pedibus candidis, donis vehementer gaudens, multum & saepe cervicem ad erectam oculis respiciens.

V. 7. מִשָּׁפָה) *tyrannis*, ex Arab. مِسْط.

V. 14. Ovid, ad Liviam:

Clau-

Claudite jam Parcae nimium referata sepulcra
 claudite, plus justo jam domus ista patet.

V. 17. *Et pascent* (peregrini nempe, vid. sequentia.) *agnos in deserta terra eorum ; & pingues arietes desertorum locorum peregrini comedent.* Nota כ in כרברם est loco ב vid. Nold. sign 5. partic. כ. כרבר expofui ex signif. מרבר. Per hypallagen autem ponitur חרבות מחים loco: מחי חרבות. Sensus Myfticus ab h.l. videtur esse alienus.

VII. 2. (נחה) Possit transpositis literis esse pro חנה, aut ex Arab. نحو, quod est : *contendere adversus aliquem.* על autem, quod sequitur, est loco עם.

VII 14 קראת partic. foemin. status constructi loco absoluti : nam & participia praecedunt.

VIII. 1. (למחר) ל est nota accusativi. Exemplum multa habet Noldius.

VIII. 23. *Verum non erit spissa caligo* (terrae illi, vid. praeced.) *cui* (antea) *angustia erat.*

IX. 2. (לא) Nonne ? nisi malueris כו Ke-ri.

F 4

IX. 6.

IX. 6. *Principatus super humerum ejus.*)
 Plinius, Paneg. X. 6. *quam bene humeris tuis sederet imperium.* Per errorem typogr. a Raphelio in Annot. Herod. citatur. lib. XV. 7.

IX. 17. *Quia exarsit tanquam ignis nequitia, sentes & vepres absumit, & incendit perplexitates sylvae, & tamen superbiunt* (vid. Castell, Lex. rad. אַבְרָ) *superbia fumi. i. e. inani.*

IX. 19. Describitur heic calamitas Israë-
 litarum imagine desumpta ab homine
 fame correpto. Huc facit Ovid. Me-
 tam. lib. VIII. ubi inter alia de Erich-
 tonio fame impulsio ait :

Ipse suos artus lacero divellere mor-
 fu

coepit, & infelix minuendo corpus
 alebat.

Hoc est quod propheta dicit : *quisque
 carnem brachii sui devorabit.*

X. 12. אֲבִיבֵי - מַעֲשָׂיו) *absolvere permiserit
 opus ejus* (Regis Assyri.)

X. 20. 21. 22. usque ad vocem בָּ) Haec
 verba parenthesin constituunt, versio
 v. 22. haec est : *Nam etiamsi sit populus
 tuus, o Israël, sicut arena maris (tamen)
 reli-*

reliquiae (exiguae tantum) *revertentur in illo* (populo.)

X. 22. (כליון וגו') His verbis rursus redit propheta ad argumentum supra v. 19. & anteced. tractatum, vertenda autem sunt: *consummationem decernendo* (decrevit) *judicans* (שפט metathesi pro שפטה) *justitia, certe consummationem & quod decretum est &c.*

X. 27. (ספני שמן) (quasi) *a lima*, inter significatus enim rad. שמן apud Arab. ponit Castellus & haec: *ferrum, res acuta, cum res acuitur, cum ferrum subtile efficitur.*

XIII. 3. (גאורי) possit esse paragogicum.

XIV. 13. (ירכתי צפון) vid. notas ad Psal. XLVIII. 3.

XIV. 19. (לבש הרגים) *Undique circumdatus* (quasi vestimento) *occisis hominibus.*

XIV. 19. (אבני בור) *ad filios* (vide nota ad Job. V. 23.) *foveae i. e. ad mortuos, repete: השלכת, projectus es.*

XIV. 22. (ושאר) *Et propinquum, sive: cognatos.*

XIV. 31. (אין בורר במועדיו) *Non est lassus*
(defatigatus ex Arabismo. conf Jes. V.
27. ubi est : אין עיף) *in conscriptis mili-*
tibus ejus (Regis Assyr.) nisi forte pro
בורר legendum נודד nodedh.

XV. 5. *Cor meum ad Moabitidem : clamat*
quisque fugitivorum ejus (Moabi) *usque*
ad Tsoar (sicut) *vitula trima &c.*

XVI. 4. (המץ) lege : המץ, hhamets, *op-*
pressor, vocem prophetae nostro fa-
miliarem ; accedit articulum ה etiam
sequentibus nominibus שר & רמס de-
esse.

XVII. 10. 11. (על כ וגי) *Quia &c. ; cumu-*
lus messis (tuae) *die illo morbus & dolor*
miser (erit.)

XVIII. 4. (נחם) *usque dum* (erit)
aestus.

XXI. 1. *Sicut procellae meridionali plaga ad*
evertendum e deserto venit &c.

XXI. 5. (צפה הצפית) *defaecando vinum ; ex*
Arab. sign.

XXI. 8. (אריה) Leonem vocat speculato-
rem ob visus acrimoniam. Vid. Bochar-
tum de h. v. quam a rad, ראה, *vidit*,
derivat.

XXI. 12. *Cum perfide egeritis ; petite (veniam), revertimini, obedientiam promittite.* vid. Castelli Lex. rad. בעה, בעו, & אתי.

XXIII. 10. *Relinque terram tuam, sicut fluvius (praeterlabitur) filia Tarsis ! non (est tibi) cingulum (vires) amplius.* Forte cingulum dicit propter exultationem, (Vid. praeced.) qui enim exultant, sese cingunt.

XXIV. 16. (רוי) *aerumna, malum, infortunium* ex Arab. רזא.

XXV. 11. (עם ארבות ידיו) *Cum industria, (ex Arab.) manuum ejus.* (Moabi.)

XXVI. 16. *Jehova ! in angustia te visitabant, (quum) premebantur oppressione (a לחץ literae ש cum ז permutatione) castigationum tuarum.*

XXVII. 5. *Aut (quum) comprehensus (coercitus) fuerit potentia mea &c.*

XXVIII. 1. (עטרת שכרי) *Plautus Amphitr.* A& III. sc. 4. v. 16.

Capiam coronam mihi in caput: assimilabo me esse ebrium.

item. Menaech. A& IV. sc. 2. v. 65.

Post ante aedeis cum corona me derideto ebrius.

item.

item, Pseudol. Act. V. sc. 2. v. 2. & 8.

Cum corona ebrium Pseudolum
tuum. - -

- - cum corolla ebrium - -

Ovid. lib. V. Fastor.

Nulla coronata peraguntur feria
fronte,

nec liquidae juncto flore bibuntur
aquae:

Bacchus amat flores, Baccho placuisse
coronam &c.

XXVIII. 1. צִיץ נָבֵל) *Flos excellentiae* (ex
Arab.)

XXVIII. 1. ראש גִּיא) *Caput superbiae* (a
גאה).

XXVIII. 5. צִפִּיר) *Proprie nexus cri-*
nium in formam coronae ex Arab. un-
de Aquila & Theodot. εις πλεγμα &
LXX. corrupte: ο πλεκεις conf. 1. Tim.
II. 9. ubi in Arabica versione haec vox
eidem voci Graecae nempe: πλεγμα,
respondet.

XXVIII. 6. וּלְגִבּוֹרָה וְגוֹ) *Et in fortitudinem*
iis, qui (semetipsos) reverti faciunt tem-
pore belli (deest enim praefixum ב) por-
tam versus, uno verbo: fugitivis.

XXVIII.

XXVIII. 15. חוזה) חוזה, apud Arab. est: *convenire*, חוה *scindere* quod de foederibus usurpari constat, חוה denique est: *cepit,prehendit*, unde per Aphaeresin primae radic. esse possit.

XXIX. 1. אריאל) Forfan lux aliqua affundi possit huic nomini ex Genes. XXII. 14.

XXIX. 9. *Obstupescite & miramini; vosmet ipsos adspicite & comam habete dispersam.* Verbum primum est ad טה, *quid deducendum*; Sic enim loquuntur obstupefacti v. c. miles ille apud Plautum, *Poenul. Act. V. sc. 5. v. v. 17.*

Sed quid hoc est? quid hoc? quid hoc est? quid ego video.

Verbum postremum verti ex Arab. שוע, שעה, & שוע.

XXIX. 24. רוננים) *Sycophantae. Synecd.* speciei pro genere omnium malitiosorum hominum.

